

nam aspirabant, secundum continuatorem Chronica Slavorum; & signato signo crucis sanctæ in remissionem suorum peccaminum, ad iter se disponebant. Inter quos præcipuus & signifer erat Dominus *Fridericus* Imperator, qui expeditionem prædictam prudenter ordinans, præcepit imperii sui peregrinis, tam equestribus quam iis, qui navigio ituri erant, ut adveniente *Majo* omnes parati essent. Cum eo autem iter sanctum arripere conati sunt Reges hi: *Philippus* Rex Francorum, *Henricus* Rex Anglorum & *Wilhelmus* Rex Arragoniæ; ac Principes seu Archiepiscopi, *Robertus* Rothomagensis, *Richardus* Canthuariensis, *Henricus* Trevirensis, *Bernhardus* Remensis & *Bertoldus* Salizburgensis; Episcopi vero: *Philippus* Beluacensis, *Conradus* Carnocensis, *Hermannus* Metensis, *Henricus* Constantiensis & *Bertoldus* Wormacensis: Duces vero *Burgundia*, *Suevia*, *Lotharingia* & *Austria*; Comites quoque *Flandria*, *Hollandia*, *Gelvia*, *Sancti Pauli* & *Campania*, cum multis nobilibus, baronibus & militibus provinciarum diversarum.

Anno 1211. *Woldemarus* Rex Danorum, secundum continuatorem Chronica Slavorum, terram *Pruthenorum* suæ subjugavit ditioni, & fecit eam sibi tributariam virtute gladii. Quo expedito, exercitum suum direxit in *Stetinensem Ducatum*, in quo sibi subjugavit civitates & oppida multa. Pro tunc etiam reedificavit castrum *Demyn* & oppidum ejus.



XLVII.

EMENDATIONES ET SUPPLEMENTA OTIORVM

IMPERIALIVM GERVASII TILBERIENSIS,

TOMO PRIMO EDITORVM

ex MSSis.



Ontulit R. P. Le Long cum edito Codicem Bigotianum B. MSCrum, quem integrum legit, quique cæteris est antiquior, ante quadringentos annos exaratus (2) Codicem Regium R., qui est quadringentorum annorum, elegantibus literis scriptus, sed parum accuratus (3) Codicem Colbertinum C. post quadringentos annos scriptum, qui propius ad editum accedit. (4) Alium Codicem Colbertinum, litera D. designatum, qui in papyro exaratus est anno 1406, die quarta Novembris, ut notavit in calce *Ruauldus Sylvester* Clericus Constantiensis diocesis, qui manu sua illum scripsit.

Pag. 881. l. 7. In nomine Domini &c. -- In nomine Domini incipit liber à Magistro Gervasio Tilliberiensi, & intitulatus: *Otia Imperialia*. Hæc scripta in scheda, affixa initio Codicis Bigotiani, forte manu ipsius *Emerici Bigotii*. Incipit liber de mirabilibus mundi, qui alias solatium Imperatoris nominatur. Domino suo Dei gratia *Otoni quarto Romanorum Imperatori semper Augusto Gervasio Tilliberiensi* &c. Cod. Colb. In nomine Domini. Incipit liber à Magistro Gervasio Salliberiensi editus, qui intitulatur: *Otia Imperialia*. Serenissimo Domino Dei gratia *Otoni quarto Romanorum Imperatori semper Augusto Gervasio Salliberiensi* &c. Cod. alter Colb. D. lin. 15. Big. omitit peccata & lin. 18. ista -- illa. B. 19. informat spiritu -- informat: Spiritus divini. B. C. 22. doctrina est pascualis ovibus -- doctrina pascualis est ovium. B. 32. Totiusque -- Fortiusq. B. C. 37. ungerentur -- unguentur. B. 38, 39. unctio sacerdotatis -- usque humerum -- unctio sacerdotatis sicut unguentum in capite descendit, in Regibus super humerum. B. C. 40. dura is fuerit -- dura fuerit. ibid. vigilantium -- vigiliarum. 41. sunt cordis pigri: ast nunc -- fuerit cordis pigri; nunc. ibid. dominari -- dominare. 42. sacratissime -- sanctissime. 49. æquitatem juris naturalis -- æquitatem juris & communionem juris (legis C.) naturalis.

Pag. 882. lin. 18. torpentem, excitare sævitia vires suas volentem -- torpentem excitare sævitiam, vires suas nosse, &. B. C. 21. impeditionis -- impeditioris. B. 29. procederet -- penderet. 30. eis -- ei iterum. 31. ponet & tollet leg. tollet & ponet B. C. 34. fossarias leg. forarias. ibid. oliva -- oliveta. 38. Orientalis -- orientium B. ibid. caput Imperii licet -- caput ipsius. Licetque B. C. 39. in tempore leg. Imperator. 40. Cæsaris -- cesso. 43. Gregorii Papæ -- Gregorii Junioris Papæ. 44. terrenis -- terris B. ibid. autor est honoris -- autor honoris, quem dat. 45. Imperator -- Et Imperator. 47. desursum -- desursum esse. 53. ex leg. est. 57. minor -- junior.

Pag. 883. lin. 2. agendi -- augende B. C. 5. Et in paucis (initio) fuit -- At in paucis fuit B. 10. à modo & -- à modo etiam &. 11. justitiæ verò finis infinitus leg. justitia non finis (nisi) infinitas B. C. 12. Quasi -- Etiamsi B. operetur recuperatio leg. recreetur occupatio B. C. 38. capitula -- tituli capitulorum B.

Pag. 884. lin. 1. De Enos & Methusalem -- in codice B. legitur de pigantibus alia manu scri-

scriptum. 7. pars sit potissima -- sit pars potentissima B. C. 13. comprobet -- approbet B. 21. verba: principium temporis desunt in B. 25. ens -- ejus B. 26. Sane nunc -- Sane mundus, nunc. B. C. 27. nunc homo deest in B. & C. 36. sub cælo hoc est, usque ad tradunt esse leg. in cælo hoc, id est, super Empyreum tradunt esse B. 37. est -- es B. C. 41. Christus -- Iesus. 54. quod sonat usque ad καὶ ἦλον -- quod solis palatium, diciturque hoc cælum quasi casa helyos B.

Pag. 885. lin. 5. aqueum leg. volucrum C. animantium B. 7. Et septimum cælum, de quo -- Est & septimum cælum, in quo B. 10. non pertransibunt. Ad hoc mundus -- non preteribunt, ut dicitur super illum versum Psalmi: ipsi peribunt, tu solus permanes. Et glosa super Marcum de diluvio in fine, secundum Gregorium videtur velle, quod Sancti statim cælum intrabunt, & post iudicium id solum plus habebunt, quod corporis recipient beatitudinem. Ad hoc mundus. B. 11. eorum -- corporum B. C. 19. dicitur. Forma ejus rotunda est -- dicitur, cujus figura rotunda est. 25. in evangelio usque ad prædicare -- in Evangelio hominem, omnem dicit creaturam, cum præcipit Apostolicæ euntes prædicare. 30. hominem usque ad erat -- hominem, ingredientem hunc mundum. In mundo erat. 41. temporum raptorum -- tempore rapto. 51. fuerunt -- fuerint. B. 53. fux. Dixit -- fux dicit.

Pag. 886. lin. 3. Dominos -- Deos. B. C. 21. sed & ad quid usque ad de Christo -- Sed ut idem Christus in Evangelio David producit testimonium de Christo. 35. omnium pater deest in B. ibid. nam & mendaces usque ad Deum, (qui -- O vani & mendaces filii hominum in stateris. Credite, Deum, qui. B. C.

Pag. 887. lin. 2. tenebrisque subortis deest in B. 3. primus à *** -- primus à dian C. (forte Deav spectare) ibid. nox *** quod -- nox à noctin B. (f. nyctin) quod. 11. humorem, tum arida dici potuit -- humorem dici potuit; nunc arida B. C. 52. Stellam Magorum -- Stellam vero Magorum.

Pag. 888. lin. 11. quasi solum lucentem -- quasi solam lucem C. quasi solum deest in B. 12. primam sibi proximorem & nobis -- primam scilicet & nobis proximorem C. 26. alia leg. animalia B. C. 31. ventus vel fata -- eventus vel fata B. facta C. 32. Antiquitatum -- antiquorum B. leg. antiquatum. 33. marmore -- marmore B. armoni C. f. harmonia.

Pag. 889. lin. 27. Lunare leg. luminare B. C. 31. in circuli perfectione amphikyrtos -- in circulo perfectione amphiteatros B. C. sed editum melius. 37. ab -- ex B. 38. facile -- facilis C. 39. in aqua -- in aquam B.

Pag. 890. lin. 7. juvami -- in juvamen B. 9. in B. deest: ore se trahentes. 11. teredines -- teredones B. C. 12. puteorum leg. puerorum B. 13. grandesonantes -- grandes sonantes B. C. 15. bibrones -- bibiones. 25. animas -- animam. ibid. diis deorum, quorum usque ad indissolubilia sunt, quia -- O Diis Deorum, quorum opifex paterque ego, vos opera siquidem mea; dissolubilia natura me fieri ita volente indissolubilia, quia B. 27. junctum, est modulatum -- justum est & modulatum B. 33. minutis -- minimis B. 39. probasti me usque ad in inferioribus terræ -- plasmasti me super illum locum, & substantia mea in inferioribus terræ B. C. 54. interciditur -- intenditur ibid. desiderat -- desinit B. C.

Pag. 891. lin. 9. ut hominis terreni; qui -- ut hominis (ut homo C.) Tertium, quod B. 10. utriusque participat usque ad dixit Plato -- utroque participat in uno. Ratione hujus spiritus vitalis dixit Plato B. 13. per ingenitam quandam obedientiæ formulam -- per quandam ingenitam obedientiæ formam B. Nam discernentes usque ad oderunt -- nec discernentes inter Dominos extraneos, nec eos, quos insistantur, oderunt, B. 18. in B. desunt hæc verba: sed ex conscientia solliciti amoris invigilant. (adsunt in C) 22. Brandarii -- Brandari C. Bandani B. f. Brandani. 25. oblatos passim -- oblatos proprio motu, velut hoc à magistro acceperint, passim B. C. 31. ex celsitudine -- & celsitudine ibid. meminerit -- memoret. 38. boves, urfi in sylvis & pecudes -- boves universi, insuper & pecora B. C. 49. in tres -- inter. ibid. in aërem -- aërem.

Pag. 892. lin. 3. una pace -- una pro pace B. C. 4. semper Obseratas sono, ipsa etiã rubigo signavit -- semper obserata Iano templa, que rubigo signavit B. 9. & ut scriptura testatur, animantibus -- & ut Rex, animantibus B. C. 34. Hæc descriptio primo usque ad quoad Cyrenium -- Hæc descriptio prima facta est à Præsidi Syria Cyrino. Prima dicenda est quoad Cyrenium B. 37. tantam terram -- tantam terræ longitudinem. 41. per effectum, & locorum -- per effectuum & laborum B. C. 49. Hic est -- Hoc est. 53. Pison -- Pison B.

Pag. 893. lid. 1. Evilath, id est, Indiam usque ad alius fluvius Gihon -- Evilath, sic dictam ab Evila nepote Noe, id est, Indiam. Alius fluvius Gyon B. 5. Armenios -- Assyrios B. C.

Pag. 894. lin. 7. nubes -- nubes dicuntur B. C. 19. formata -- firmata. 28. tria disponens solaria -- tria solaria. 29. dulcissimam invenies usque ad experimentum est -- dulcissimam. paucis experimentum est B. 41. arbitrati otium naufragantium -- arbitrati, socium naufragatum. B. C. 44. in publico patent conspectu -- & publico patent conspectui B. 50. subito de manu lapsus -- subit, de manu lapsus B. C.

Pag. 895. lin. 8. apponitur -- exponitur. 34. peccatoris, & cum -- peccatoris cum B. C. 44. Gerulfos Galli usque ad Wlf lupum -- Verulos Galli nominant, Anglici vero Hervulf dicunt. Hæc (Verulose B.

re B) enim Anglice virum sonat, vulf lupum C. 48. autricum - aetricum C. ajutricum B. ibid. nescio delusioni - nescio (an C.) si delusioni B.

Pag. 896. lin. 2. interponit - opponit B. C. 7. miseram misericordia fervendam esse - miseram esse fervendam. 16. dominam ** - dominam exeniat C. (id est, xenius donat). 18. periculum. Temporis leg. periculum, temporis. 19. tamque usq; ad maritus - tanquam diuturna commansionis longinquitate evanisset: affectum maritus B. C. 20. secuturam - secuturam, si contemnatur B. C. 24. accedit - accenditur. 41. trahitur leg. traditur. 51. & tamen aliis usq; ad sui non finit - & cum aliis illius excommunicationi participium nisi recte tollit, cum sui non sunt C. (participationem non recte tollit, cum sui non sint B).

Pag. 897. lin. 18. de Deo & Sanctis Spiritibus dicit - de Deo Socratis dixit B. C. 23. homo - homine. 26. mira mole - vi. 37. ea, quæ sequuntur hæc verba: in eremo confedisse usque ad bestia? Christum loquitur. p. 898. lin. 5. in Codice B. omittuntur. 38. interius leg. meritis C. 39. in quo - illico C. 44. fedis - fetis C. 45. cubitum leg. cupitum. ibid. mutatis - mirantis. 47. convallem aut grandem leg. convallis intimum baud grandem. 48. deficiebat - desinebat. 53. gregis mei; precamur - gregis; unde precamur.

Pag. 898. lin. 2. gloria, de - gloria & C. 5. dictura es bestia? Christum loquitur - dictura es? Bestia Christum loquuntur. 10. infunditur, aerem non vitiat, quia emortuum - infunditur aerem, non videtur, quod emortuum B. 20. Calmana - Calunana B. 21. & Abel & sororem ejus Delboram. Tradunt - & Abel. Igitur vigesimo anno vice ejus genuit Adam Abel & sororem ejus Delboram; unde tradunt B. C. 25. offerebat, quæ Dei erant - Offerebat, qua Deo sunt B. offerebat, sed non recte dividebat C. 32. rescripsit - rescripsit B. C. 35. Sodomæorum - Sodomorum 36. ut 5. q. 1. - ut cap. 5. q. 1. B. (c. 2. q. 1. C.) 37. dixit, & c. 1. de adulteriis - dixit & c. ad legem Juliam de adulteriis B. C. ibid. avia. Hic quoque sequitur - avia, bis quoque. Sequitur. B. C. 44. manifestè leg. manifesta. 46. justo judicio occisor - justo Dei judicio C. (in isto judicio occisorum B).

Pag. 899. lin. 3. Obda - Olda B. C. ibid. mittenda - mutanda. 6. unius coloris - unicoloris. 10. in delicias verteretur - in deliciis uteretur B. 13. Syrica - Serica C. Sennaar B. 15. Iubal, de quo - Tubal, frater Ioabel, de quo B. 19. sublata lamina - sublata lamina B. C. 21. inventores - inventiones. 23. licentius leg. libentius. 28. Nimrod - Nembroth. 29. Cham, filius - Cham filii. 33. ut ignem - in ignem. 34. Aran - Aram. 46. circa solem sunt & semper eveniunt - circa calum semper eveniunt.

Pag. 900. lin. 5. solitum - solvere B. C. 6. occurrenti sibi usq; ad decimas dedit - occurrit autem ei Melchisedech, (erat enim Sacerdos Dei altissimi) cui tunc Abraham decimas dedit. 17. transfugiunt - transigunt B. transcurreunt C. 19. constructam - constructo B. C. 25. insperato - inconsiderato. 29. psalmo breviusculo postposuit - psalmo tam breviusculo postposuerit. 46. à quo etiam dictam dicunt Babyloniam - à quo quidam dicunt Babyloniam B. 48. totam Syriam obtinuit - totam obtinuit Assyriam B. C. 50. anno quinto - anno vero. 51. ut 16 - ut c. 16.

Pag. 901. lin. 1. Balim, qui est Deus Sodomorum - Baalim, qui est Deus Sidoniorum B. C. 2. irritorie - derisorie B. 3. Achronitarum - Acaronitarum B. C. 18. characteribus sub utraque axilla - characteribus ligatis sub utraque axilla. 26. Gideonis - Gedeon B. C. 32. Junior - Minor. 36. Abimelech thoros - Amalec chorus B. Abimelech chorus C. 37. dicitur Sancti ab pelle esse - dicit Strabus pellem esse B. C.

Pag. 902. lin. 2. Acten - Acten C. Athen B. 6. quasi (diceret) olera virentia prius dederam - quasi si olera virentia prius dederim B. 11. partiaros - pecuarios. 12. per commutationem - pro commutatione B. C. 35. de facili - facili. 38. erigere - erigere & eligere. B. 40. carceres & pedes leg. carceres, compedes B. C. 43. sævus - solus. 45. eos - omnes. 46. meretricio satiatis - meretricia, habitos. 51. vir muliere - vir omni muliere B.

Pag. 903. lin. 1. commentis - tormentis B. 9. Mamre - Mambre. 25. Asternere, qui & Stercutius - à stercore Stercutius. 39. aufugit Agar - apparuit Agar fugienti B. C. 43. Conneus - cuneus C. 45. & tunc mutatur usq; ad audit, pater - & nunc inventum est nomen Abram, quasi Abbaram B. & tunc mutatum est nomen Abram in Abraham, quod sonat pater C. 47. Crucis, quod est baptismus. Eusebius - Christi, quod est baptismus. Sed & (similiter c.) in Papatu Papa nomen novum recipit (accipit c.) ex eo, quod Dominus ait Petro: tu vocaberis Cephas. Eusebius. B. 49. Filius - Dominus, quod vocabulum in B. alia manu scriptum in rasura. 50. in substantia creata - in subiecta materia vel creatura, quæ voces in B. in rasura superscriptæ.

Pag. 904. lin. 5. ratum - ratam B. ibid. provinciales omnes usq; ad præstito - provinciales esse convictos indistinctè sacramento corporaliter præfato B. (provinciales omnes tractus) 10. convivio benedicebat - minores benedicebat B. f. ante minores in convivio. 18. Traconitidis - Traconitem B. 26. & ipse levabatur in aëre super eos - At ipse levabatur in aëre & super eos B. 34. timuissent - noluisse super rasuram scriptum in B. 44. apud belgium civitatem Gallia, à quo Gallia belgica dicitur - apud Belgium (belgim c. f. belgam) civitatem Gallia, à qua Gallia belgica dicitur, vel Belgium inventus est usus carruum, de quo sic dicitur:

Belgia Celtiberis Belvacum, Belga vocatur.

Ccccc

Ima.

Imagines sive impressiones imaginum picturarum in vexillis Dominus instituit, quando divisit in eremo tribus XII. per quatuor acies, unicuique aciei digniorem proponens Principem, & in suo vexillo sententiam imprimens: ut in vexillo Iudae Leonem, Ruben Mandragoram, Dan serpentem &c. posuitque ternas tribus in acie, & fuit id actum secundum ea, quae acciderunt unicuique illorum. B. 46. Strabonis - Strabi B. 50. fugiente - fugato B. C. 56. voti hujus usque ad conscia - voti, hoc est, propositi virginalis in mente conscia.

Pag. 905. lin. 1. Christum esset paritura. Quomodo - Christum paritura dixit: quomodo B. C. 7. nascitur Christus usq. ad propositi - nascitur Christus non extraneitate sancti propositi. 14. successivam - successuram B. 16. & hic Noë - & hic Lamech, & hic Noë B. C. 19. controvvertunt - contulerunt B. contriverunt C. 32. permansisse - bonos permansisse B. C. 33. in codice B. deleta vox Angeli, & posita: filii. 36. fornicationibus. Sexcentesimo mulieres - fornicationibus se exercentes; imò mulieres B. 37. abutebantur - utebantur B. C. 38. ad natale solum, nam & pater - ad natalem columnam & pater B. 51. Pandali - Pandrusi B. C. 53. Leogræcia - Les-grena.

Pag. 906. lin. 1. Ruffiadam, & montes Azan, flumine Malve - Rufficadam & montes (Azara C.) flumine Massie B. (Malva C.) 4. Goffario - Gofario B. Gaffario C. 9. Britanniarum - Britannorum B. 12. tenuis - strenuus B. C. 23. solo ictu unico - solo ictu & unico. B. ibid. bassos - bases B. C. 27. Vageram - Nageram B. Negetam C. 31. Fruncher usq. ad Regis Armoricae - frater uterinus patris Arturi, & filius Constantini fratris Androni (Audeni B.) Regis Armoricae C. 33. Confules - exules B. 36. à terræ finibus - ab ultimis finibus terra B. C. 38. sanabantur. Nec est sanabantur. Miscebant cum herbarum succis, & sic vulneratos sanabant; nec est. 39. Ambrun juxta Salisberiam - Ambrii juxta Salesberiam. 47. quasi delebo, sicut - quia delebo hominem, sicut. 56. sunt - si.

Pag. 907. lin. 5. fructibus terra visitarent. NB. Hic quaedam desunt in codice Bigotiano. Sequentia igitur sunt collata cum Codice Regio & Colbertino. 19. Dum intromitteret mites & immites, fortes & debiles - dum inter mites & immites, & inter fortes sunt debiles: R. 21. stercorearia **** - stercoreariam propinanda R. C. 22. decoquant **** exteriora - decoquant; membra vero exteriora. 23. ex eodem cibo usq. ad transfumuntur - & ex eodem cibario in uno vase conglutinato declinatoria (deliciosa C.) transfumuntur R. 29. geometricis sex vel novem usq. ad & dimidium - geometricis. Continet enim, ut ait Rabanus, VI. aut IX. nostros. Quartum pedem continet & dimidium R. C. 33. contineri - contentum. R. 36. vel - illa. 40. nupti - rupti R. C. 43. Adversum * quoque quibus - Abusivè vero quilibet. 44. eos - omnes. 45. excrevit - exivit. 47. aëris, usque quo ascenderant opera hominum - aëris. Quousque ascenderant sordes hominum vel operis, 48. purgationem. Vel si tunc usq. ad aëra tantum maculasse. Mense secundo - purgationem. Unde in glossa super Marcum: caelum & terra transibunt; generatio praeiterit, generatio advenit &c. Sic ergo caelum & terra transiunt secundum imaginem; manent in aeternam secundum essentiam. Et iterum: caelum aereum, de quo aves caeli. Unde Petrus: caeli, qui nunc sunt & terra, eadem sunt igni reservati; aperte docens, quia non alii caeli igne sunt perituri, quam aqua perituri, id est, inania & nebulosa. Iterum super Mattheum; caelum & terra transibunt, id est, innovabuntur, deposita priori forma, manente substantia. Unde dicitur: terra in aeternum stat. Mense secundo. R.

Pag. 908. lin. 21. & 22. XI. De Africa & insulis maris mediterranei C. R. XII. De mari & ejus natura. 31. seqq. XX. De successione Regum post Carolum Magnum. XXI. De successione Regum Anglia à tempore Normannorum. XXIV. Mappa mundi. XXV. De ortu provinciarum & civitatum, & sex aetatibus seculi NB. Quia Codex Colbertinus deprehensus fuit accuratior Regio, idcirco cum illo sequentia potissimum collata sunt. 40. de Cham viginti septem, de Sem triginta - triginta de Cham, viginti septem de Sem C. R. 50. Ionicum - Iconium & sic postea. 52. Helichora - Eliobora. 53. Nimbrot - Nembrot. Sic deinceps.

Pag. 909. lin. 2. Nimbrot, de quo - Nembrot, qui primus regnaret de Cham. De quo C. R. 4. Graecorum & Latinorum feminaria. Narrat autem Iosephus - velut Graecorum & Trojanorum feminaria. Porro secundum antiquorum traditionem quatuor post diluvium excellentia regna exorta sunt: ASSYRIORVM ab oriente, SICIIONIORVM ab occidente, SCYTHARVM ab aquilone, & EGYPTIORVM à meridie. Apud Assyrios primus regnavit Belus, de quo dixi. Apud Sicionios Ageilus (Ægialeus). Apud Scythas Thamus. Apud Aegyptios Muneus (Mineus R.) Sicioniorum regnum propter sui breviteratem, Scytharum propter sui remotiorem minus apud nos celebre fuit. Deficiente quoque regno Assyriorum, Chaldaea Reges suos habuit, quorum primus MERODACHAL. Regnum Medorum sub Ezechia Rege cepit: sed regnum Chaldaeorum illo posterius, strenuitate Nabuchodonosoris, qui postea Iosia, pronepotus Ezechiae (tempore) regnavit, apud Chaldaeos sublatum est. Itaque Medos & Persas obtinuit. Longe post sub Cyro Regnum cepit Persarum. Subverso post Dario ab Alexandro, Macedones Persis imperaverunt. Quo mortuo divisio facta est, & principaliter regnum Syria & regnum Aegypti (exortum). Sicque deficiente Macedonico Romanum regnum cepit, ut in cap. de regno Romanorum plenius, Deo duce, dicitur. Narrat autem Iosephus C. R. 13. succedunt - succedent. 17. vocalius - notabilius. 19. omnia, quod - omnia haec; quod. 21. pars alteram conteret - pars conteretur. 24. extulit, perque omnem vitam - extulit, cruentamque vitam. 28. MCCXLIV. - MCCLIV. 30. Ufia - Osa. 31. Sardanapalo ab Arbaco antea praefecto suo, rege Medorum; f. Sardanapalo Rege

Rege ab Arbaco, antea profecto Medorum. 32. undique - inde. 33. per varias provincias - per varios proventus. ibid. regnum rediit - parili via redit. 34. Phraortes - Timotes. ibid. Dejoces - Diocles. 35. regentes quamvis Chaldeorum viribus potentes - Reges quamvis Chaldaeorum urbibus potentes. 42. moriens ***** hereditatem, hoc vero pubescente, dum se agnovit heredem - moriens dimisit hereditatem; hac vero pubescens tunc, se agnovit heredem. 47. quatuordecim - viginti quatuor R. 49. stetit; circa quod ante urbem - stetit. Carthago, que ante urbem C. R. 50. intrasse - intra se. 51. condita & diruta - condita erat, dirupta.

Pag. 910. lin. 1. Sicilia & Corsæ historix - Sicilia, Sardinia, omnibusque insulis adjacentibus, & mari Hispania terminos dedisse, historie C. R. 3. Gallonis - Gallionis C. 4. deterruerunt - detruerunt C. destruxerunt B. 5. ambitu ***** ruinarum - ambitu infortunium ruinarum C. R. errantium ***** ignotorum - errantium, & inter sua ignotorum. 10. licet - vel. 11. ut *** perierit - ut latens perierit. 27. versus dextra - ad dextram. ibid. à sinistra - ad sinistram. 34. aras æreas Alexandri Magni, in Moschorum finibus sitas - aras ac terminos Alexandri Magni, in Roboscorum finibus sitos. 36. ingrediuntur - ingreditur. 37. Inde. ibid. mane - mare. 41. Sevilla - Sibilis. 43. urbeque - urbisque. ibid. Paretonia - Paratamo. 44. interluit - includit. 45. super Caleazorum deinde supra, juxta - super locum Caleazorum; deinde juxta.

Pag. 911. lin. 3. insinuans - prestans. C. R. 4. vocabulis - appellationibus. In hoc - Hic. 10. Phison & Ganges, qui in India - Phison, qui & Ganges, in India. ibid. Orthobares - Orsobates. 12. meatu in littore - meatu, currens in littore. 14. Pariedro - Parchoatra. 17. in oceano & ostia - in oceano Eoo ostia. 18. Caligardamana - Caligar Danna vel Danna. 19. Imavi - Immani C. Mavi R. 20. Ortogora C. R. ibid. Sericus - Syricus. 21. qui ad *** de monte - qui adversus de monte. 22. aqua & Indico oceano terminatur - Eoo & Indico mari terminantur. 23. tenebrarum. (India) superior - tenebrarum. Sunt autem tres India; Superior. 27. Hic India clauditur: ab ea Oceanus - Hec India clauditur ab oceano, & ob hoc oceanus. 28. gentes habet absque insula usq; ad Porro insula - ingentes habet civitates absque plurimis insulis ac habitatoribus pluribus. Porro insula. 30. millia passuum - passuum DCCCCV. 34. Argusæ - Arguse. 36. & (gryphes) - & gryfes. 40. Innabum - Inabum. 41. Tirabeni & *** - Tirabeni & Valtriani. 42. altæ *** Antiocha, Tramata - Pitennia, Antiochia R. Framalta C. ibid. Carfania - Tarsania C. 43. Garmanioestæ, Coarcratæ - Carmairi, Orestæ C. R. Coartraba C. Coartiria R. 45. pariter leg. pariunt C. R. 47. India *** XII - India Metobrios XII. 48. India *** & Brachmanes - India Agroitas & Braemannos. 52. in ** Unde - in Trivallis. Unde, ibid. Regis (Henrici) cum Topica - Regis concursalis, cum Topica.

Pag. 912. lin. 4. latratus canum - vox latratus canum. C. R. 6. Illic sunt monoculi & ** cyclopes, ex quibus &c. - Illic sunt & monoculi & Armenspidi cyclopes, ex quibus fuit Polyphemus; Hiagrophagita (agriophagita) qui carnes solas ferarum comedunt, & Cenopodes, qui uno fultu pede auram currendi celeritate vincunt, & in terram positi, umbram toti reliquo corpori pedis erecta planta faciunt C.

lin. 9. Desunt in MSto nonnulla folia. Hæc, quibus capita fere sex continentur à cap. 4. usq; ad 9. suppleta sunt ex Codicibus Regio, Bigotiano & Colbertinis, ut sequitur, cura R. P. Longi ex congregatione oratorii Parisina.

Sunt & alii absque capite, quibus oculi sunt in humeris, pro naso duo in ore foramina. In pectore fetas habent, ut pecudes. Sunt alii juxta fontem Gangis fluvii, qui solo cujusdam pomi odore vivunt: sed si longius eunt, poma secum ferunt; quia si pravum & corruptum aerem traherent, statim morerentur. Sunt & in India tam vasti serpentes, quod cervos devorant, ipsumque Oceanum transvadant. In India est bestia *Ctenoceros*, cujus corpus asini, cornua cervi, crura leonis, pedes equi, ingens cornu bifidum, vastus hiatus, aures equi, loco dentium os solidum, os pene hominis. Illic est bestia *Eale*, cujus corpus equi, maxilla apri, cauda elephantis, cubitalia cornua, quorum unum post tergum respicit, cum alio pugnat; unum tenet obtusum, aliud ad certamen vibrat; nigro colore horrenda: in aqua & terra æqualiter valet. Illic sunt *fulvi tauri* veris satis horrendi, grande caput habentes; oris rictus ab aure patet ad aurem profecto; cornua vicissim ad pugnam producunt vel deponunt. Omne telum missile duro tergo repellunt, sed qui capti fuerint, nulla possunt arte domari. Illic quoque *Mauticom* (Manticora R. C.) bellua est, faciem habens hominis, triplicem in dentibus ordinem, corpus leonis, caudam scorpionis, oculos glaucos sanguinei coloris, vocem sibili serpentina; humanas carnes in esu habens, fingens discrimina vocum; velocior cursu quam ales volatu. Illic sunt *boves tricornes*, pedes equinos habentes. Illic est *Monoceros*, cujus corpus equi, caput cervi, pedes elephantis, cauda suis, unum cornu habet in media fronte, quatuor pedum longitudine protensum, splens dens & mire acutum. Hæc ferocissimos & diros habet rugitus; omne, quod obstat, transverberat; capta periri potest, domari non potest. Hanc *Rinocerotem* dicunt, de qua in *figura Pauli legitur in Job: numquid Rinoceros serviet mihi?* in Gange fluvio, in Indiam influente, sunt anguillæ tricenorum pedum longæ. Illic sunt quidam vermes, ad instar caneri biva habentes brachia sex cubitorum longæ, quibus elephantem corripunt, & in undis immergunt.

gunt. Illic sunt *crocodilli*, corporibus asperi & magni, in aqua potentissimi, omniaque sub aqua domantes; ad terram ducti sua virtute privantur. Indicum mare gignit *testudines*, de quarum testis homines capacia sibi faciunt hospitia. In India *magnes* lapis gignitur, qui ferum trahit. Illic gignitur *adamas*, qui solo sanguine hircino frangitur. Gignit quoque India coloris tincti homines, elephantes, ingentes dracones, *Pfittacum* avem, ebum quoque lignum, non facile igne cremandum, *Cinamomum* & *calamum aromaticum*; ebone quoque abundat; lapides habet pretiosos, *Chrysoprasos* & *carbunculos* ignitos, *margaritas* & *uniones*. India monte *Imabo Cantaferoque* distinguitur à Scythia superiore, quæ sub *Vulturno* à dextra orientis parte, qua *Oceanus Sericus* tenditur usque ad mare *Caspium*; deinde à meridie usque ad *Caucasum* jugum perducta est. Huic subjacet *Imnea*, ad oceanum pariter habens gentes multas, propter terrarum sterilitatem late vagantes; quarum quidam agros excolunt, quidam portentuosi ac truces, carnibus humanis vescuntur, & eorum sanguinem bibunt.

De Scythia.

Scythiæ terræ pleræque sunt habitabiles, pleræque steriles; nam dum in plerisque locis auro & gemmis affluunt, propter grifforum immanitatem accessus hominum illic rarus est. *Smaragdos* optimos mittit Scythia & *crystallos* parissimos. Flumina habet maxima *Hoscorum*, *Phasidem* atque *Araxim*. Inter montana & oceanum sericum sicut sub *Vulturno* protenditur, Scythia superior appellatur deserta & arenosa. Scythiæ inferiori subjacet *Hircania*, dicta à sylva *Hircania*, quæ Scythiæ subjacet, in qua nascuntur bestiæ, *tigrides*, *pantheræ* ac *pardi*. Nascuntur & ibidem mulieræ, dentes aprinos habentes, capillosque usque ad talos; in lumbis caudas boum, altæ staturæ, specioso corpore quasi marmore candido, pedes camelinos habentes. Inter montem *Caucasum* & Scythiæ flumen *Rasidem*, vel ut alii dicunt *Fasidem* & mare *Hircaniæ*, quod ab otioso (ostio) *Fasidis* mari *Caspio* immergitur, *Hircania* est, in qua sunt aves, quarum pennæ splendent per noctes.

III. De Meridiana parte Asiæ.

Nunc ad meridianam partem totius Asiæ transeamus, Septentrionalem partem posteriori designaturi. Ab Indo ergo flumine, quod est ab oriente usque ad flumen *Tigrim*, quod est ad occasum, sunt regiones istæ, *Arachosia*, *Parthia*, *Assyria*, *Persida* & *Media*, situ terrarum montuosa & aspera. Hæ à septentrione montem habet *Caucasum*, à meridie mare rubrum & *Sinum Persicum*: In medio sui flumina præcipua *Hydaspin* & *Albin*. In his sunt regiones duæ & triginta. Sed generaliter *Parthia* dicitur, quamvis *Scripturæ sacræ* universam sæpe *Indiam* vocent. Dicitur autem *Parthia* à *Parthis*, venientibus à *Scythia*. Est & in ea regio *Artusia* (*Arcusia* C.) ab oppido *Artusio* (*Arcusio* C.) dicta est, & in ea *Assyria* ab *Assur* filio *Sem* dicta, qui primus eam incoluit, vel ab *Assuero* Rege, jungiturque *Persidæ*, *Caldiæ* & *Babyloniæ* majori. In hac est *Susa* civitas Regis *Assueri*, de qua *Esther* legitur fuisse. Est & in ea *Media* à *Medo* rege dicta, qui civitatem construens, *Mediam* eam nominavit, de qua regio nomen accepit. In hac primum est orta ars magica. Est & in ea *Persida*, quæ *pyritem* lapidem mittit, sic dictum, quia manum prementis urit, & sine lutris non potest apprehendi, cujus candor cum luna crescit, decrescit & deficit. Est & in *Persida* civitas magna *Sucus* & civitas *Cordula* & *Berota* (*Beroca* C.) & *Diospolis*. Est & in *Persida* *Straga* fluvius, qui ex vehementia nivium adeo stringitur & coalescit, ut more saxi viabilem se præbeat, quem *Alexander* agnitus à *Daris* cum fugeret, cum esset haud unius stadii, transvadavit. Sunt autem in *Perside* duodecim provinciæ, quas *Simon Cananæus* & *Iudas Zelotes* converterunt.

Asia ut diximus ab Indo fluvio usque ad *Mesopotamiam* tendit, regionesque suas invicem sibi conjunctas, ab Indo fluvio septas, *Tygride* claudit. In capite *Parthiæ* civitas est *Albenia*, in medio hujus *Comolia*. Subtus *Mediam* ad Occidentem sunt civitates *Aspacora* & *Abatbanis* (*Habanis* C.) *Parthorum*. A flumine *Tygris* usque ad *Euphratem* flumen est *Mesopotamia*, à duobus fluviiis sic græcè dicta, quia in medio duorum fluminum est constituta, *Tygridis* ab Oriente, & *Euphratis* ab Occidente. Incipit autem à Septentrione inter montem *Taurum* & *Caucasum*. In hac est versus Septentrionem civitas *Ninive* itinere trium dierum, à *Nino* primo rege *Assyriorum* constructa & sic nominata. In ea super *Tygrim* est *Edissa*, metropolis *Mesopotamiæ*, æquivoca illi, quæ est in India prope *Euphratem*, angusta, & *Carras* civitas est in medio. *Babylonia* vero ad meridiem succedit, à civitate *Babyloniæ* sic dicta, quæ & *Sennahar* nominatur, cujus fundator *Nembroth Gigas*, reparatrix *Semiramis*, quondam *Nini* Regis uxor, virum animo, habitu fœminatam gerens. *Babylon* autem campi planitie undique conspicua; natura loci latissima, castrorum facie, mœnibus paribus per quadrum disposita. Murorum ejus vix credibilis firmitas ac magnitudo, latitudine cubitorum quinquaginta, altitudine quater tanta. Cæterum ambitus ejus quadringentis

gentis

gentis octoginta stadiis circumducitur. Murus coctili latere atque interfuso bitumine compactus. Fossa extrinseca latè patens vice amnis circumfluit à fronte murorum: centum portæ æreæ. Ipsa autem latitudo in consummatione pinnarum, utroque latere habitaculis defensorum æque dispositis, media intercapedine sui obvias sibi quadrigas capit. Domus intrinsecus, quarum geminæ habitationes minaci proceritate terribiles, fluvio Euphrate per mediam ejus currente irrigantur. Arcis quatuor millium passuum altitudo describitur. Hæc, ut ajunt, *Abathania* dicta quondam, nunc deserta, distat à *Baldar* (*Baldac C.*) quatuor ferme mansionibus, cujus provinciæ contiguae sunt Media & Parthia, & transcurso Euphrate occurrit *Antiochia*, quæ est juxta Mesopotamiam Syriæ, quæ Mesopotamia minor appellatur.

De Chaldæa, Arabia & Syria.

Post Babyloniam succedit Chaldæa, in qua primum inventa est Astronomia. Novissimè succedit Arabia, quæ & Saba dicitur, à Saba filio Chus. In hac thus colligitur. In hac mons *Sina*, qui & *Oreb*, in quo lex Moyfi data legitur, juxta quam urbs *Madian* fuit, in qua Iethro Sacerdos mansit. Porro inter mare rubrum, ubi *Reprobanem* (*Iaprobanen*) Insulam claudit, ad caput Indiæ versus Euro-Austrum est *Alexandria* civitas & *Cazoras* & *Hectessori*: *Nabathæa* quoque regio Sarracenorum, ab Euphrate consurgens, & sic in mare rubrum porrigitur. In his locis nascuntur Onagri, cornua boum habentes: serpentes quoque, habentes capita bina, quorum oculi de nocte sicut lucerna lucent. Et sunt confinia ostia fluminis Indici, ubi se rubro mari infundit.

Ad hoc Chaldææ ad Austrum, ut diximus, conjungitur Arabia, quæ Nabathææ regioni supponitur versus occidentem, inter duos rubri maris sinus posita, sinum Persicum ab Euro-austro & sinum Arabicum ab austro vel notho respiciens. Hæc Arabia dicta est quasi sacra, quia sit regio finifera (*Thurifera D.*) odores creans, unde à Græcis *Eudemon*, hoc est, beata nominatur. In hujus saltibus myrrha provenit & Cinnamomum. In ea Phœnix nascitur, unde *Ovidius*

Una est quæ reparat seseque refeminat ales;
Assyrii Phœnica vocant: non fruge nec herbis
Sed thuris lacrymis, & succo vivit amomi.

in hac Sardonis nascitur. In hac est civitas *Agea*, in qua *Cosmas* & *Damianus* orti sunt, & civitas *Philadelphia*, cujus æquivoca est in Græcia. Ibi dudum plurimæ gentes (populi ingentes C.) habitaverunt viginti octo, *Moabitæ*, *Ammonitæ*, *Idumæi*, *Madianitæ* & *Amalecitiæ*, qui sunt Sarraceni. Hæc terra angusto tractu versus orientem extenditur ad sinum Persicum & flumen Euphratem, quod est ab oriente; usque ad mare nostrum, quod est ab occasu. Deinde à Septentrione, id est, à civitate *Dacusa*, quæ in confinio Cappadociæ & Armeniæ sita est, haud procul ubi nascitur, * qui ad Ægyptum & extremum sinum Arabicum, qui est ad meridiem, longo angustoque sulco, saxi insulisque creberrimo, à rubro mari, id est, ab oceano occasum versus extenditur.

Syria à *Surni* (***) filio *Ceturæ* generaliter nominatur, habens maximas provincias, *Commerganam*, *Phœnicæam* & *Palestinam*, absque Sarracenis, quorum gentes sunt duodecim. In capite Syriæ superioris Cappadocia est, quæ habet ab oriente Armeniam, ab occasu Asiam minorem, ab aquilone *Themistiros* (***) campos & mare Cimericum (*Cunacum B.*) meridie Taurum montem, cui subjacet *Cilicia* & *Isauria*, usque ad *Cilicinum* sinum, qui spectat contra insulam *Cyprum*. Cappadociæ urbs maxima est *Cæsarea*. Illic civitas *Cucussa* & civitas *Reatia*.

Est autem dicta Syria à *Syro* Rege Syriæ inferioris, cujus caput est *Damascus* à *Damascio* filio *Eliezer*, procuratoris & liberti *Abrahæ*, constructa. Illic *Hebron*, quæ & *Cariath-arbe* propter sepulturas quatuor Prophetarum sic dicta. Illic *Dabir*, quæ *Cariath-Sepher*, id est, civitas literarum, quia abundabat scriptoribus. Ibi *Antiochia*, ab *Antiocho* rege nominata, olim *Reblatha* dicta.

Est & in Syria *Commergana* provincia. Est & *Phœnicia*, à *Phœnice* filio *Agenoris* sic dicta, qui frater *Cadmi*, à *Thebis* Ægypti fugiens, terram inhabitavit. In hac *Tyrus* & *Sidon*; in hac mons *Libanus*, ad cujus radices oriuntur *Albana* & *Farfar*, fluens juxta *Antiochiam*, dividitque *Libanus Idumeam* & *Phœniciam*, cum ipse sit in finibus *Idumææ* & *Arabiz*. Est autem *Idumea* terra *Damascena*, in qua mansit *Esau*, dicitur *Edom*, id est, fulvus à lenticula fulva, pro qua vendidit primogenituram. Porro metropolis *Idumææ* *Teman*, unde fuit *Baldath Suites*. Sed & de *Libano* oritur *Jordanis* fluvius, ex concursu duorum fontium, Ior versus occidentem, Dan versus orientem; in quorum medio *Parica* civitas sita est. Ex hinc *Neapolis*; ex hinc *Palestina* à *Palestin* civitate, quæ nunc *Ascalon* dicitur.

In *Palestina* urbs est *Eleutheropolis* & *Gaza*, & *Maruma* (*Maruina C.*) *Gaza* emporium.

Ccccc 3

id

(**) f. Assurim.
tas Euxinus.(***) *Themiscyra*, urbs *Capadociæ* maritima, mare Cimericum seu Cimericum est Pon-

id est, locus negotiationis, qui vulgo Siradicus (Sinidus) nominatur. Sanè Palæstinos Philistæos dicunt, & alii Allophilos nominant.

Est & in Syria *Judæa*, à Iuda filio Iacob, ex cujus tribu reges sunt vocati. Est in Syria *Mesopotamia*, cujus caput est *Ediffa* civitas Regis Aram, sub qua est civitas Aram. Mesopotamia autem dicitur à mesos quod est medium, & potamos, quod est aqua, quia in medio aquarum est; sicut Aquileia, quia aquis ligata; & in confinio civitatis Arelatenfis Medicago, quasi in medio aquæ Rhodani sita.

Est & in Syria *Chanaan* à Chanaan filio Cham. In hac est *Corozaim* (Corozay C.). In hac *Ierusalem*, quam filius Noe constituens, Sem scilicet, salem nominavit: Sed Iebus filius Chanaan eam inhabitavit; unde David ipsam Ierusalem, quasi *Iebus salem* nominavit, quam Salomon auro & gemmis & ædificiis ornavit. Vel Ierusalem quasi Ierusalomoniam appellamus. Habet & alia plura nomina. Unde egregius verificator

Solyma, Luza, Bethel, Ierofolyma, Iebus, Elia
Urbs sacra Ierusalem dicitur, atque salem.

Salem, inquam, a salem filio Arfaxad; Luza quasi nux vel amygdalus, quia inventa est in ejus fundatione; Bethel, id est, domus Dei. Hæc à Babyloniis subversa & à Zorababel re-ædificata, à Tito Vespasiano funditus diruta, postmodum ab Elio Adriano est reparata, ideoque Helia dicta.

Est & in Palæstina regione *Samaria*, quæ nunc est *Sebasta* nuncupata. In hac est *Galilæa*, in qua civitas *Nazareth* juxta montem Thabor sita. In hac est *Pentapolis* regio, à quinque civitatibus dicta, ubi Sodoma & Gomorrha. In hac sunt Sarraceni, à Sarra dicti, & Agareni ab Agar, & Ismaelitæ ab ab Ismaele. Mortua enim Sarra Abraham duxit Agar, quæ & Cetura vocatur. Hujus filii à nomine liberæ se Sarracenos dixerunt, obtinentes Traconitidem, Phœnicem & Arabiam usque ad mare rubrum. In hac dicunt esse *Nabathæos*, à Nabajoth filio Ismaelis nuncupatos, quorum gentes sunt duodecim. Quamvis Nabathæos in finibus Arabiæ dixerimus esse locatos; sed alia fortassis est illa regio ejusdem nominis, secundum illud Ovidii

Eurus ad auroram, Nabatheaque regna recessit;

de qua in superiore capite hujus partis diximus.

In Syria quoque est *Alexandria*, quæ Cyprum respicit. Est & civitas *Seleucia*. Est & *Tharfis*. Est & *Laodocia*, inter Alexandriam, Antiochiam protensa. Ut autem descendit Jordanis fluvius inter Bethsaidam ab oriente & Tiberiadem ab occidente, gurgitem facit, qui mare dicitur Tiberiadis; quo transito ab oriente præterit terminos Bethlehem & Iericho, marique mortuo involvitur; quod *mortuum* dicitur, quia nihil vivum gignit, & mare diaboli propter peccata Sodomæ. Hoc autem mare circumdant ab austro civitas *Petra*, civitas *Bostris*, civitas *Philadelpia*; & finitur hoc mare civitate *Engaddi*, quæ est civitas *Palmarum*.

Palæstina ergo regio à vico Arfa usque ad vicum Iuliam in longum protenditur, cujus latitudo porrigitur à monte Libano usque ad locum Tiberiadis, in cujus medio Iudæa velut umbilicus terræ. Est & in confinio Palæstinæ, respiciens Sodomam vallis *Mambre*, in qua facta est promissio de Isaac & risu Sarra, & visio trium angelorum quos invitavit; sicut in veteri testamento legitur: Abraham festinavit, Sarra acceleravit, puer cucurrit, quia cuti dicit Origines: nullus piger est in domo sapientis. Mambre, Escol & Aner fratres fuerunt, confederati Abrahæ. A primo dicitur vallis Mambre, in qua mansit Abraham juxta Therebinthum vel quercum, cujus radices adhuc apparent. Hanc Ioannes vocat ilicem Agigiti. Hæc arbor usque ad tempus Theodosii duravit, ex qua est succreata, quæ modo est arida & medicinalis; cujus semen si tuleris, equus tuus non infundetur; ex qua corrigiatur fiunt, quibus si tactus fuerit homo vel equus, tortiones ventris, quas vulgo (*) *treneatas* vocant, proderit. Porro juxta vallem vel montem Mambre est *Hebron*, olim Acheron, Metropolis Philistinorum & habitaculum gigantum, sita in agro, in quo plasmatus fuit Adam. Hæc juxta vallem lacrymarum posita, in qua Adam centum annis luxit Abel, à qua secundo millenario est *sepultura Loth*. In Hebron venerunt exploratores. Illic regnavit David septem annis. Decimo millenario ab Hebron est *lacus Asphaltidis*, qui mare mortuum dicitur supra lacum in acculati Iudææ. Segor una de quinque civitatibus; quæ precibus salvata est Loth, & nunc *oppidum palme* dicitur. Lacus Asphaltidis Iudæam dividit & Arabiam, quæ tempore filiorum Israel solitudo erat, in qua fuerunt quadraginta annis.

In Arabia sunt *quadraginta mansiones*, & *mons Hor* in quo sepultus est Aaron. Arabia jungitur Idumææ, quæ terra est Damasci & sub Syria; caput enim Syriæ Damascus. Idumæam quoque & Phœniciam dividit Libanus. Hæc superius dictæ regiones, ab oriente incipientes, recta linea ad Mediterraneum mare protenduntur, quibus versus austrum *Egyptus*

(*) Gallis *trenchées*.

ptus connectitur, in qua sunt viginti quatuor gentes. Ægyptus vero à mari rubro, cui imminet urbs Athia, surgit, & terminum suum versus occidentem in Lybia figit. Hæc prius *Euxia* dicta, postea vocata est Ægyptus, ab Ægypto fratre Danaï. Hæc fluvio Nilo undique cincta, in modum Δ literæ est formata. Centum millibus villarum est incluta. Hanc nubes non obscurant, pluvix non rigant, sed Nilus fecundet eam inundans. In hac est provincia Thebaida, à civitate Thebæ nominata, quam Cadmus Agenoris filius, veniens in Ægyptum, ædificavit, & Thebas ad instar illius, quam in Bœotia construxerat, nominavit; & inde nomen regio accepit. In hac Beatus *Mauritius* principabatur. Est & in Thebaide civitas *Aulota* (Anlota C.) Est & quædam solitudo, quæ sursum dicta est inter Cades & Barad, extendens desertum usque ad mare rubrum & Ægypti confinia. Huic subjacet maxima solitudo, in qua olim multitudo sanctorum monachorum habitabat. Illic *Paulus* primus Eremita ad radices montis faxei in spelunca, quam aperto desuper cælo patulis diffusa ramis vetus palma contexerat. Fonte enascente, eandemque terrâ quæ genuerat aquam absorbente, vitam transégit, alite corvo dimidium panem ad quotidianam ejus refectionem ministrante.

In Ægypto sunt loca, quæ vocantur *Bucolia*, eò, quod ibi barbara feroxque sit natio. In ea quoque montium solitudine sanctissimus *Antonius* octogenarius cælestem vitam agebat in terris, de quo Beatissimus *Athanasius* ait: *perfecta siquidem via est ad virtutem, Antonius scire quis fuerit.* Sane quanto itinere à Palæstina ad hæc Ægypti loca veniatur, *Hieronymus* in vita *S. Hilarionis* ait. Hic enim à Gaza urbe Palæstinæ veniens ad solitudinem, quæ septimo milliario Amammam Gazâ emporio per littus euntibus ad lævam flectitur, valedicens fratribus venit *Vitellium*. Exhinc *Pelusium*, exhinc ad eremum *Licinos*; post hæc ad castrum *Affroditon*, & sic ad *Babylonem Ægypti*, quæ tribus milliariis distat à solitudine Antonii. Exhinc *Alexandriam* & eremum *Dofam* juxta Brucium. Exhinc ad maritimam urbem Lybiæ *Parcentium*.

Porro *Cambyfes* Rex Ægyptum superans, civitatem condidit, cui nomen *Babylon* imposuit, quæ nunc regni illius caput est; & vocatur *Memphis*. In hac etiam victor *Alexander* civitatem sui nominis construxit; cum per varias regiones duodecim sui nominis urbes ædificasset. Est autem hæc *Alexandria* inter octo Nili ostia & Lybiam sita super mare nostrum. Sane Ægyptus nunc superior est, nunc inferior. Ægyptus inferior ab oriente habet *Syriam* & *Palæstinam*, ab occasu *Lybiam*, à Septentrione mare nostrum, à meridie montem, qui *climax* dicitur, & Ægyptum superiorem & fluvium Nilum, qui de littore incipientis maris rubri videtur emergere in loco, qui dicitur *Moffilonem* portus; deinde ad occasum diu profuens, facit insulam nomine *Meroen* medio sui, inter quam & ortum Nili sunt civitates hæ: civitas solis, quam *Heliopolim* dicunt, in cujus territorio *Ioseph* dedit pascua fratribus suis terram *Gessem*, civitas *Polis*, civitas *Ramasse*.

Porro insula *Meroe* in capite Æthiopiæ est, locus, in quo umbra absimitur in æstate. Illic *Ebenus* abundat. Iuxta est civitas *Siene*, in qua puteus à philosophis factus est, in cujus fundo splendet sol recto gradu in mense Junio, cum sit altus cubitorum sexaginta. Dicitur autem *Meroe* à nomine sororis *Cambisis* regis, cum prius *Saba Regia* diceretur. In hac includit *Moyfes* Æthiopes, & pro ejus deditione duxit Æthiopsam *Tarbin*, filiam regis Æthiopum. Novissime Nilus, ad Septentrionem inflexus, tempestivis auctus incrementis, rigat plana Ægypti. Hunc aliquanti auctores ferunt haud procul ab Atlante fontem habere, & continuo arenis immergi; Inde, interjecto brevi spatio, vastissimo lacu exundare, atque hinc Oceano-tenus versus orientem per Æthiopica deserta delabi; rursus inflexum ad sinistram, ad Ægyptum descendere. Quod quidem verum est, esse hujusmodi fluvium magnum, qui tali ortu talique occasu sit, & revera omnia Nili monstra gignit, quem utique prope fontem *Barbari* * nominant: cæteri verò accolæ *Michul* vocant. Sed hic in regione gentium, quæ *Lybia Ægypti* vocatur, haud procul, ab illo fluvio, quem in littore maris rubri prorumpere diximus, in immenso lacu acceptus assumitur, nisi forte occulto meatu in alveum ejus, qui ab oriente descendit, eructuat. Ferunt autem Nilum in septem capita divisum: quorum quinque, civitates Ægypti totidem subterfluunt; scilicet *Nieriam*, *Thebaidam*, *Memphim* & *Babylonem minorem*, cujus munitio *Coare* dicitur, & *Alexandriam*. Alia duo capita ad deserta late spatiosa vagantur.

Est autem in Ægypto urbs *Enoca*, cujus viculus *Facidia* & civitas *Tafus*. Ægyptus superior in orientem per longum extenditur, cui est ab oriente sinus Arabicus, à meridie Oceanus, ab occasu ex inferiore Ægypto incipit ad orientem, rubro mari terminatur. Ibi sunt viginti quatuor gentes, inter quas sunt *Madianitæ*, à *Madian* filio *Ceturæ*. Sita inter duo Nili capita, quorum alterum ab oriente in littore rubri maris est, alterum verò ab occidente, ubi montem, qui dicitur *Climax*, prospicit.

Est Æthiopia arenosa, montuosa atque deserta. Æthiopes autem à filio *Cham*, qui *Chus* dicitur sunt nuncupati; *Chus* enim Hebraica lingua Æthiops interpretatur. Hi quondam ab Indo flumine consurgentes, juxta Ægyptum inter Nilum & Oceanum in meridie sub ipso solis ardore infederunt, quorum tres sunt populi, *Hesperii*, *Garamantes* & *Indi*. Hesperii

speri sunt occidentales; Garamantes Tripololitani, Indi orientales. Interpretatur autem Æthiopia, tenebræ. Sunt ab India in Æthiopiam centum viginti provinciæ, ut legitur in Esther. Æthiopia à solis vicinitate populum torret. Est enim illis jugis æstas. Quicquid ejus ergo est sub meridie, aridum est, circa occiduum montuosa, in medio arenosa, ad orientem deserta; cujus situs ab occiduo Atlantis montis, ab oriente usque in Ægypti partes protenditur; à meridie Oceano, à septentrione Nilo clauditur. Sane in ejus quasi medio mons est *Climax* maximus & altissimus, & in longum ad rubri maris faciem protensus. Ibi sunt *bonesti homines*, tenentes rubri maris imperium. Ibi nascuntur mulieres, barbam habentes usque ad mamillas. Pelliculis pro vestimentis utuntur: equos habent, venatrices sunt, Tygrides pro canibus habent, leopardos nutriunt; omnia genera bestiarum illic nascuntium interficiunt. Porro inter mare rubrum & Oceanum plaga torrida est, propter calorem nobis incognita, in cujus finibus antipodes esse dicuntur. Sane ab ortu Nili, qui est super ripam maris rubri, usque ad Sinum Arabicum ab Oriente, est in Umbilico quodam maris *via filiorum Israel*, per quam transferunt ad interiora deserta Arabica, quæ sunt inter montes, qui respiciunt mare mortuum à Septentrione & mare rubrum ab austro.

De urbibus Asiæ cathedralibus.

Quia vero plerasque civitates omisimus nominare, quæ sunt in Palæstina, Galilæa, Arabia & Syria, Sobal & *Mirmidona*, quæ est minor Armenia, à Mirmidone dicta: Ipsas repetimus, quas diximus, ut addamus; ostendentes, quod dextera Domini fecit virtutem; civitates illas olim Flaminum & Archiflaminum, istas fecit esse cathedrales Episcoporum. Iuxta ergo traditiones veterum, quæ apud Palæstinos & Græcos non modicam habent firmitatem, Hierosolymitana Ecclesia usque ad tempora Iustiniani Augusti Episcopum habuit, nulla vel modica dignitatis prærogativa gaudentem. Ejus vero tempore, ob reverentiam sanctæ resurrectionis, in Synodo Constantinopolitana datus est illi locus inter Patriarchas tempore Vigili Papæ, ab Eutychio Constantinopolitano & Apollinario Alexandrino; & (subtraxerunt C.) Domino Antiocheno Cæsariensem & Tripolitanum (Citopolitanum C. f. Scythopolitanum) Metropolitanos, Alexandrino verò Rablesem, qui est Patrensis (Prenensis R.) & Beæ veterensem, ubi modo non est Archiepiscopatus. Inde subtraxerunt eis quosdam Episcopos, & quosdam de novo creaverunt usque viginti quinque, quorum urbium nomina & numerum subjungemus, computatis prius Metropolitanis & eorum suffraganeis.

Est ergo ordo talis, ut ex archivis Domini Papæ collegi (potest colligi C.). In Palæstina prima sedes *Cæsarea Mariitima*, quæ & Palæstinæ & Accaron dicitur, quam ædificavit Herodes. Sub hac sunt Episcopatus hi: Dora Antipatrida, Iamniæ, id est, Assur, Nixopolis, Onus, Scorucis, Rapsias, Regium, Lutas, Gadaron, Afotus, Paralis hoc est Palmerium, (alii Parabas, id est Paliternum) Typum, Ascozamon Ostifion, (alii Estomafon vel Estilion) Tricomias, Toxus, Saltium, Constantinatus (Constantiniaquis).

In Galilæa secunda sedes *Scythopolis*, sed hodie translata est sedes apud *Nazareth* ob venerationem annunciationis Dominicæ & nativitatem Beatæ Virginis. Sub hac sunt episcopatus octo: Capitaliados, Mirum, Gadaram, Pellomullis, (Pellomillus) Ippus, (Ypopopulus & Wilippus) Tetracomias, Climagaulas, Coturias (Coturias C. Comanas R.) Tyberias.

In Arabia sedes tertia *Moabitia*, id est, *Petra deserti*, unde *Petraconensis*. Sub hac sunt Episcopatus duodecim: Augustopolis, Arindisa, Karach, Ierapolis, hoc est, Alapa (Alapia C. Alepa D.) Iera est sacrum, quia ibi sunt multi martyres. Illic agri aquis calidis irrigantur, ut ff. de aqua, codicis l. 3. Idem. Mensidos, Elucis, Zora, Unofam (Viroffara) Pentacomia, Mamapson, Mitrocomias, Sacium (Saltum) Leraticon. (Hæc maximam partem restituta ex Geogr. Sacr. Caroli à Sancto Paulo).

(In Syria Sobal) quarta sedes Botera (*Becerra Arabia*, sub qua Episcopatus:) Adrafon, Phias (Dyas) Medavero, Ierason, (Iessaron) Nevi, Philadelphias, Ierapolis, Æsius, Neapolis, Philippopolis, Fenustus, Dionysias, Constantianis, Triconias, Canafados, Saltum, Votaneos, Exacomias, Enacomias, Conusmandeicon (pro Conus legendum putat ubique Caroli à S. Paulo *Come*) Comocreatas, Conus capron, Conus vilvanos, Conus purgro & arethon, Conus pateris, Comifariocon, Comisnectis, Comisvestamos, Comisariothas, Comistraconos, Comisnedamos.

Suffraganeorum prima Lidda, quæ hodie *Sanctus Georgius* vocatur, Ioppe, id est, Iassa, Ascalon, Gaza, Meivias, Contionopolis (Piodicianopolis) Ebron, id est, S. Abraham, Ergebetum, id est, Bersabee, Neapolis, id est, Sichein, Sebaste, Iericuntus, Tiberiadis, Diocæsarea, Legionium (Ligum) Capitolina, Mauronensis, Gedera, Nazareth, ubi Archiepiscopatus, Thabor in transfiguratione, Carata, id est, Caralis Petra, Adroga, Affra, Helispharan Helenopolis, Mons Sina, ubi in pede montis est Abbatia, in vertice vero Episcopatus.

Habet ergo Hierosolymitanus Patriarcha suffraganeos istos sibi, Lidensem, Ascalonensem, qui & Bethleem.

Tyrus

Tyrus Deo tot martyros reddidit, quorum folius Dei scientia numerum colligit; hæc Originem tumultum celat. Archiepiscopus Tyrenensis, nobilissimus Phœnicis, hos habet suffraganeos: Iconensem, quam Nisibensem dicunt, Sidonensem, Berytensem, Paneensem, quæ civitas nunc Bellinas dicitur.

Archiepiscopus *Cæsarea* habet hunc suffraganeum, *Sebasten*, quæ nunc *Samaria* dicitur.

Archiepiscopus *Nazareth* habet suffraganeum *Tyberiadensem*.

In Patriarchatu *Antiocheno* centum quinquaginta tres cathedrales, ad instar illius Evangelii: impletum est rete magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Hi sunt ejus Episcopi: *Laodicensis*, *Cabilecensis*, *Anceradensis*, *Tripolitanus*, *Bibliensis* (*Gibliensis* D.) qui *Gibet* dicitur. Hos autem habet Archiepiscopus: *Tharsensem*, *Edissenum*, qui nunc dicitur *Rages Medorum*, *Affamensem*, qui habet suffraganeos: *Velametensem*. Archiepiscopus *Alapensem*, qui & *Heliopolitanus*, *Goricenum*, *Manustensem*, qui & *Manustanus* dicitur. Hi carent suffraganeis propter destructionem Terræ Sanctæ.

Hæc sane ordinatio sub Apostolica sede *Antiochiæ* Catholicorum Metropolitanorum, Archiepiscoporum & Episcoporum. Catholicus *Inopolis*, quæ est *Bagdat*, est *Perfidis*.

Sedes prima est *Tyrus*. Sub hac sede sunt Episcopatus tredecim: *Porphirion*, quæ est *Tharsis*, *Athis*, *Ptolomaidis*, quæ est *Acon*. Hujus sunt episcopatus octo: *Nerdon*, *Sidon*, *Sarepta*, id est, *Sarfent*, *Biblum*, id est, *Gibelet*, *Botrium*, id est, *Butrini*, *Partofia* (*Pithora* D. *Orchofia*) id est, *Sarchais*, *Antharados*, id est, *Tortofa*, *Paneas*, quæ *Bellinas* dicitur, *Arath*, id est, *Marecha*, (*Tiberias*) *Tripolis*, *Betutus*, id est, *Baruth*.

Secunda sedes *Tharsis*. Hujus sunt Episcopatus *Sebastes*, *Mallos*, *Thina*, *Charicos*, *Podandos*. Sedes tertia in *Armenia*, *Edessa*, id est, *Rages*. Hujus sunt Episcopatus undecim: *Unchi*, *Constantia*, *Carra*, *Narcopolis*, (*Mereopolis*) *Vatrimon* (*Satnon* D.), *Cedinaron*, *Ymeria*, *Querquentia*, *Tapfaron* (*Phapfaron* D.) *Callinicos* (*Callunices*). Sedes quarta *Iduria*, (*Apamia*, id est, *Albani*). Hujus sunt episcopatus septem, *Epiphania*, *Seleucanalla*, id est, *Seleucia*, *Larissa*, *Valanea*, *Mariane*, *Stephania* (*Raphania*) *Aretusa*. Sedes quinta *Hierapolis*, id est, *Malbech*. Hujus sunt Episcopatus octo: *Heuma*, *Ristan* (*Buerton* D. *Sauron*) *Varvalis* (*Garnalus* D.) *Neocæsarea*, *Perrea*, *Orcimon*, *Dolichi*, *Europi*. In *Arabia* sedes sexta, *Bostris*, id est, *Buslecb*, cujus sunt Episcopatus novendecim: *Gerison*, *Philadelphia*, *Adraon*, *Medavon* (*Ridion* D.) *Stustadon*, (*Austando*) *Belirendon*, *Beroxima*, (*Zoraima*) *Bereir*, *Herri*, *Cyeni*, *Constantia*, *Paramboli*, *Dionysia*, *Conaacori*, *Maximopolis*, *Chrysoopolis*, *Aeylon* *Nisibis* *Lorica*. In *Armenia* sedes septima *Anavarza*. Hujus sunt Episcopatus novem: *Epiphania*, *Alexandros*, id est, *parva Alexandria*, *Iemopolis*, (*Yrinopolis*) *Cambisopolis*, *Flavias*, *Roseos*, *Castavalli*, *Egnas*, *Sisia*. Sedes octava *Seleucia*. Hujus episcopatus sunt viginti quatuor: *Claudiopolis*, *Diocæsarea*, *Oropi*, *Dalixandros*, *Seoyla*, *Celenderis*, *Anemori*, *Titopolis*, *Lamos*, *Antiochia parva*, *Gefelta*, (*Nephelia*) *Listra*, (*Kistra*) *Seleminta*, *Notapi*, *Philadelphia parva*, *Irmomopolis* (*Yrinopolis*) & *Germanicopolis*, *Moddy*, (*Mobda*) *Homeriopolis*, (*Dometiopolis*) *Blidi* (*Sibidi*) *Zinopolis*, *Adraon*, *Miloi*, *Neapolis*. Sedes nona in *Syria* *Damascus*. Hujus sunt *Albi*, *Pamipon*, *Laodicia*, *Phrixia*, (*Euxia*) *Konochora*, *Yabruda*, *Danabi*, *Dorothea*, (*Karotea*) *Hardani*, *Surraquini*.

V. De distinctione Majoris Asiæ ad partem Septentrionalem.

Quia meridianam partem Asiæ Majoris usque ad terminos minoris Asiæ distinximus, superest ut ab Oriente ad Occidentem pars, quæ restat, expediatur. Mons ergo *Caucasus*, monti *Imabo* junctus, dividit *Indiam* à *Scythia superiore* & *inferiore* & *Hircania*. Mons ergo *Caucasus*, inter *Olcos*, qui sunt super mare *Cumericum* (*Crivincum* C.) & *albanos*, qui sunt ultra mare *Caspium*, à septentrione primùm attollitur: cujus quidem usque in ultimum Orientem unum videtur jugum, sed multa sunt nomina, & multi hoc ipsum jugum *Tauri* montis esse volunt, quia revera *Parcoatras mons Armenia*, inter *Taurum* & *Caucasum* medius, continuare *Taurum* cum *Caucaso* putatur. Sed hoc ita non esse discernit fluvius *Euphrates*, qui radice *Parcoatras* montis effusus, tendens in meridiem, ipsum ad sinistram *Taurum* excludit, qui nunc *Amani* nunc *Taurus* dicitur, & interpretatur *Amanum*, id est, *Deus* *vigiliarum*, qui est *Diabolus*, & est *mons Cappadocum* ad dexteram. Itaque *Caucasus* inter *Olcos* & *Albanos*, ubi & portas habet, *mons Caucasus* dicitur, à portis *Caspiis* usque ad *Armenias pilas*, vel usque ad fontem *Tigridis* fluminis inter *Armeniam* & *Iberiam*: & montes *Acroceraunii* dicuntur propter altitudinem & fumini jactus. Græcè enim fulmen *Ceraunos* dicitur & acros summitas. *Acroceraunii* igitur propter arduas summitates ex ictu frequentium fulminum.

Sane à fonte *Tygridis* usque ad *Carras* civitatem, inter *Mafagetas* & *Parthos* mons est *Cariobarzanes* (*Cariolaitanes* B.) ▲ *Carras* civitate usque ad oppidum *Cadippi* (*Caduppi* B.)

D d d d d inter

inter Lucanos (Bactrianos B.) & Hircanos, mons est *Memarmali*, ubi amomum nascitur, à quo proximum jugum Parthan (Parcham B.) dicitur. Ab oppido Cadippi usque ad vicum Saphim (Serapim B.) inter duas Sacaraucas (Sararancas B.) & Parchianos mons est *Oscobares*, ubi Ganges oritur & Lafer nascitur. A fonte fluminis Gangis usque ad fontem fluminis Ortorogoræ, qui sunt à Septentrione, ubi sunt montani Paropamisadæ Paropensadæ B.) mons est *Taurus*. A fontibus Ortorogoræ usque ad civitatem Ortorogorde inter Hircanos, Scythas & Gandaridas mons est *Caucasus*: ultimus autem inter Eoos & Passiadras (Passiadias B.) mons Imabs vel Imautis (Imabus vel Imavus B.) ubi flumen *Crisitoas*, & promontorium *Samara* Orientali excipiuntur Oceano. Igitur à monte Imavo, hoc est, ab imo Caucafo quod dextra parte Orientis, ubi Oceanus (sinus B.) Sericus, tenditur usque ad promontorium Boreum & flumen Boreum, unde dicuntur *Hyperborei montes*; unde tenus Scythico mari à septentrione usque ad Caspium, quod est ab Occasu & usque ad extremum Caucafi jugum, quod est ad meridiem, Hircanorum & Scytharum gentes sunt *quadraginta tres*, propter terrarum infœcundam diffusionem late oberrantes.

Porro *Armenia* regio sita est inter Taurum & Caucasum, à Cappadocia usque ad mare Caspium protensa, ab Euro habens montes acroceraunios, ex quibus collibus Tigris oritur. In his quoque montibus arca post diluivium sedisse perhibetur in monte, qui est altissimus Tauri montis, & *Ararath* publicè vocatur. Est autem Ararath regio in Armenia campestris, per quam *Araxes* fluit incredibilis ubertatis ad radices Tauri montis.

Est autem duplex regio Armenia, superior & inferior, in quorum altera metropolis est *Tharsus*, secunda scilicet sedes Antiochena sedis Apostolicæ. In altera verò Armenia metropolis est *Anavarza* (Amanareza B.) quæ septima sedes est Antiochenæ (Antiochena B.) sedis Apostolicæ, ut proximo titulo distinximus. Est & in Armenia minore civitas Nicopolis. Enimvero inter fluvium Arazim (Araxem B.) Armeniæ, in mare Caspium decurrentem, & montem Taurum à septentrione, Amazonum gentes sunt fœminæ viri (viriliter B.) præliantes; sic dictæ, quia simul sine viris manent; quas fertur primus Liber Pater in exercitum duxisse, unde & ipse in muliebri corpore depingitur. Hæ mamillarum unam præscindunt, ne ipsius fluxu sagittarum & arcuum præpediatur extensio. Masculos exponunt, fœminas nutriunt. Quoties ad coitum se exponunt, flumen transvadant, & concipientes ad se redeunt: Sub armis & sagittis pariendi tempus expectantes. Hujusmodi viragines in Constantinopolitanis partibus latini Cumanas nominant. His cohabitant *Masfageta* quasi graves, id est, fortes, Colchi & Sarmathæ. Seres quoque è vicino sunt, sic dicti à Seres oppido orientis, à quo regio serica & mare Sericum, & gens & vestis: de quibus singulare non memini legisse, præterquam in Sidonio, ubi ait:

Ergo ubi se mediam solio dedit (sc. Roma), advolat omnis
Terra simul, fert quæque suos provincia fructus.

Et post pauca:

Ser vellera, thura Sabæus.

Post hanc est *Bactriana*, à Bactio amne sic vocata. Ex hinc *Hircania*, deinde Scythia; post hanc Armenia, cui conjungitur ad austrum Hiberia (Iberia). Illi verò Cappadocia, à civitate ejusdem nominis sic dicta. In hac equæ de vento concipiunt, sed fœtus non amplius triennio vivunt; quod & in ultimis Hispaniæ evenire dicunt.

Nunc ad *mare Caspium* redeamus, quod sub aquinolari plaga ab oceano oritur, cujus utraque circa Oceanum littora loca deserta incultaque habent. Inde versus meridiem per longas angustias tenditur; dehinc per longa spatia dilatatum, Caucafi montis radicibus terminatur; ibiq; mari Caspio, quod est ad Orientem*. Per ora Oceani septentrionalis usque ad Tanaim fluvium & Meotides paludes, qui sunt ad occasum; per littus Cumerici maris, quod est ab Africo usque ad caput & portas Caucafi, quæ sunt ad meridiem, gentes sunt viginti quatuor (triginta quatuor B.) Sed generaliter regio proxima *Albania*, ulterior verò sub mari & monte Caspio *Amazonum* nominatur. (Dicitur autem Albania ab albedine, quia illic gentes albo crine nascantur B.). Hic se posteros Iasonis dicunt, in quorum oculis est glauca macula pro pupilla; unde plus nocte quam die vident. Hi juncti Amazonis, in Asiatica Scythia habitant. Illic ingentes *canes* sunt, tantæque ferocitatis, ut tauros præmant; leones perimant. Porro circa Riphæos montes ad aquilonem sunt *Hyperborei*, apud quos axis torquetur. Gens illa sub æris clementia continua sanitate viget; in nemoribus habitant, fructuque arborum vescens, satiata vivendi tædio, mortem fertur accersire.

VI. De Distinctione Asiæ Minoris.

Explicuimus (a) Asiæ majoris statum, nunc Asiam minorem terminemus. Asia ergo minor absque Orientali parte, quæ ad Cappadociam, Syriamque progreditur, undique circumdata est mari: à Septentrione Ponto Euxino; ab occasu Hellesponto, ubi civitas est *Amasia*, atque Propontide; à meridie mari nostro, quod ab Aquilone montem Taurum & terram

(a) In sequentibus Codex Bigotianus fundamentum lectionis.

terram Amazonum prospectat. Transito enim mari, quod dicitur *brachium Sancti Georgii*, occurrit prima Græcia, protensa ad Philadelphiam, ubi caput est Turchiæ, & terra Soldani Iconici.

Terminus vero Turchiæ *pons Durilli*, & inde ad Fiuamiliam, & inde ad Smirnam, & inde ad Iconium. Est & alia via per Philadelphiam. A Constantinopoli ad Iconium sunt duodecim mansiones, & exinde ad Antiochiam totidem. Terminus Turchiæ & Armeniæ superior *sanctus Godichus* (Goditus C.) & *Heraclea*; inferior terminus castrum *Caler* (Sales C.) & urbs *Satalia*, quæ sunt Soldani. In Iconio civitas est *Isauria*.

Post Iconium *Mirmidonia*, post quam *Cappadocia*, quæ est caput Syriæ.

Sane prima provincia minoris Asiæ *Bithynia* est primo Berica, secundo Migdonia, tertio à Bithinio Rege Bithynia nuncupata, in qua est civitas eodem nomine dicta. Bithynia pontus* est *Acon*, à quo *Aconitæ*. In ea est civitas *Elionopolis*. In Asia est civitas *Artaniæ* (*Aribane* C.) Est & *Nicomedia*, à Nicomede Rege constructa. Est & *Chalcedonia* & *Nicæa*, à quibus Concilium Chalcedonense & Synodus Nicæna magna. Mare vero, quod Niceam respicit, quinquaginta passibus coarctatur. Est & in ea *Iuliopolis*. Est & Bithynia major, in qua est *Smirnia* civitas, à Theseo constructa. Huic jungitur Galatia, à Gallis dicta, quos bithynius Rex in auxilium vocavit, & post victoriam eis terram divisit. Primum Gallogræci dicti, quasi Galli Græcis admixti: nunc ex antiquo Gallorum nomine Galatæ dicuntur. Est autem in Galatia civitas *Anticira*.

Hanc sequitur *Phrygia*, in qua *Scythia* (f. Phrygia) civitas, à filio Europæ Phrygio, fratre (à filia Europæ sic dicta, vel à Phrygio fratre C.) *Æneæ*, qui illic primus regnavit. Hæc & *Dardania*, à Dardano filio Regis Dardani sic appellata. In hac est *Laodicea* & *Sardus* & *Ephesus*, in qua requievit Ioannes Evangelista, civitas ab Amazonibus constructa. In hac est *Ægea*, *Pergamum* *Philadelpia*.

In Asia est *Troja*, à Trojo Rege constructa. Hæc & *Ilium*, ab Ilio Rege. Hæc Romani fuit imperii, regni Francorum & regni Britanniarum majoris exordium, Hujus quippe excidia illorum fuerunt exordia, ut in contextu regnorum inferius apparebit, ubi de istis tribus regnis, Deo duce, tractabitur.

Sane Trojæ adjacet *Lycæonia* & *Caria*, ubi fluit *Hermes* fluvius, aureis arenis famosus. Inde *Lydia*, à Lydo Rege, fratre Thireni sic dicta. In hac est civitas *Tyatyra*. Dein *Isauria* ab aura, qua undique perflatur, dicta. Post hanc *Cilicia*, à civitate ejusdem nominis appellata, quam Cilix filius Agenoris ædificavit. In hac est mons *amana*, qui & *Taurus*. In hac est civitas *Tarsus*, à Perseo constructa, Pauli apostoli in habitatione gloriosa. Exin *Lycia* & *Psidia* & *Pamphilia*. In Lycia metropolis est *Myrrea*, sub qua & *Patbera*, natio Sancti Nicolai. Et in Lycia est *Listris*, de qua in actibus apostolorum. Est & *Dalan*, est & *Sannus* (f. intelligit insulas *Delum* & *Samum*). In Pamphilia est civitas *Pergamum*. In Lycia civitas *Chersonesa*. Ex hinc *Pontus* multarum gentium regio, à qua mare Ponticum; ubi *Ovidius*, & postea Sanctus Clemens, vel antea, ut alii perhibent, exilio relegantur. Illic & *Thomis* civitas, de qua *Ovidius*

Naso Tomitanæ jam non novus incola terræ.

& civitas *Neocæsarea*.

VII. De Europa à parte Septentrionis.

Post decursam Asiam tam majorem quam minorem, consequens est Europam describere, quæ à Septentrione incipiens, occidentali Oceano finitur, ubi apud Gades insulas *columnæ* visuntur *Herculis*.

Civitates quoque speciales Europæ nominabimus, tum quia illarum & certior notitia, tum quia frequentius in ipsa Episcopatus & Metropoles nominatim distinguuntur. A montibus ergo *Ripheis*, à Tanai fluvio Meotidisque paludibus, qui sunt ad orientem; per latus Septentrionalis Oceani usque ad Galliam belgicam & flumen Rhenum, quod est ab occasu; deinde usque ad Danubium, quod & istrum nominant, qui est à meridie, & ad orientem directus mari Pontico excipitur, ab Oriente Alania, in medio Dacia, tibi & Gothia.

Porro dicitur Europa ab Europa Rege vel ab Europa Agenoris filia. In hac versus septentrionem sunt montes *Riphei*, à perpetuo flatu sic dicti; nam *Rifan* (f. *ρῑφῑν*) latine sonat impetus. Sane inter montes Ripheos & oceanum regio lata propter solis absentiam infesto frigore premitur & glacie perpetua: Ideoque terra hæc inhabitabilis. Illic circulus est septentrionalis, à Græcis arctos dictus, & septentrio à septem stellis.

In superiore Ripheorum montium capite fluvius *Lentulus*, exurgens medius inter *Albanos* (*Alanos* C.) & fluvium *Tanaim*, Meotidas implet paludes; qui sunt longe inferius à Fluvio *Tanai*, à *Ripheis* quoque montibus descendente, postquam præterit aras ac terminos *Alexandri* in *Tobostorum* (*Toboscorum* C.) finibus sitos: immensa exundatione jux-

ta Theodosiam urbem Euxinum Pontum latius ingrediuntur. Unde usque ad Euxinum Pontum *mare dulce* vocatur ab indigenis. Sic ab Euxino descendit mare Ponticum ex opposito versus Occidentem. Unde & illud vulgare comparationis abusivum prodiit: *Mare Ponticum dulcius est Adriatico*. Exhinc à flumine Lentulo, & post hoc à flumine Alano latius diffunduntur. Est autem Tanais fluvius à Tano Rege dictus

A Tanai ergo fluvio prima Europæ regio, *Scythia inferior* nominatur, quæ à Meotidis paludibus inter Danubium & Oceanum septentrionalem usque ad Germaniam porrigitur, cujus, ut diximus, prima pars Alania (Alamania C.) post eam Dacia, & Gothia. Sane ex diverso Daciæ versus septentrionem est *Scatanavia*, (Scandinavia) Oceani insula, de qua *Burgundiones* tempore Tiberii Imperatoris egressi dicuntur; sic Burgundiones appellat; quia burgos singulares primi fecerunt ad inhabitandum.

Porro à Danubio usque ad Alpes, ex quibus oritur, est *Germania superior*, à *germinando populos* sic dicta. Hæc versus aquilonem Albio flumine terminatur (*), versus occasum Rheno, qui & ipse de Alpibus oriens, mare Ponticum ingreditur. Inter Germaniam & Meotides paludes ab oriente *Vandalorum* gens ferocissima (fortissima C.) habitat, inter quam & paludes Meotides peræque *Sarmatae* habitant, à quibus mare Sarmaticum dicitur, quod à fluvio Sarmatico & Vandalo, flumine Vandalorum, impletur.

In regione Germaniæ superioris est *Suevia*, à Suevo monte dicta, post hanc *Alemania*, à flumine Lemano, unde Lucanus:

Teutonia terra Lemanno.

Legitur tamen in *passione Thebaorum*, quod lacus Gebenensis Lemanus dicitur, quem Rhodanus influit. Illic & Rhatia. In Suevia nascitur Danubius, qui & Hyfter, unde poeta: *binomius Hister*. Hic sexaginta precipuis fluminibus conjungitur, & septem ostiis, ut Nilus divisus, mare Ponticum ingreditur. Surgens enim in Suevia ab Alpibus, descendit per Bavariam, & hinc per Austriam, exhinc per Huniam; à qua Alpes ascendens grande facit præcipitium; exhinc terram [Grabati * C.] similiter pertransit, divisionem capiens apud Brandisium [Pranditum C.] super Danubium. Illic versus septentrionem sunt *Cumani*, adorantes, quicquid illis primo mane occurrit. Illic *Gethe* & *Coralli*. A divisione Danubii usque Constantinopolim sunt viginti quatuor diætæ versus Eorum. Primò enim occurrit *desertum Bulgariae*, quod est terra blacei, [blacti c. sunt Wallachi] ubi vicus *Ravava* [Ravel c.] & vicus *Nisa* [Iusa c.]. In fine deserti est civitas *Stralis* caput Romanicæ. Exhinc *Philippopolis*, postquam *Adrianopolis*, exinde *Constantinopolis*. Apud Constantinopolim est brachium sancti Georgii, mare coarctans, à quo ad Iconium duodecim diætæ, & inde ad Antiochiam peræque duodecim.

Est & in Germania superiore *Noricus*, quæ & Bavaria, inter quam & Hungariam vel Huniam est *Austria*, quæ vulgo dicitur Austriaca. Post Austriam est *Bavaria*, quam tangit à Septentrione *Saxonum* gens valida, & propter sui fortitudinem & robor, quasi Saxonum, sic appellatur. Inter Saxoniam & Vasfaliam [f. Vandali] est *Albus* [Albius c.] fluvius. Est autem *Vasfalia* terra, cujus gentes Sueni [Svevi, an Slavi] dicuntur.

Porro ab Albio flumine usque ad Oceanum Germania inferior nuncupatur, in qua est *Albia* regio, quæ versus aquilonem Oceano terminatur. In hac est *terra Danorum* & *Norveia*; sed terra Danorum proximior Germaniæ Saxonicæ.

Post Daniam Norveia; post Norveiam *Russia* versus Septentrionem, mari interposito, quod cum mari britannico & glaciali vicissim, insulis intercurrentibus, continuatur. Unde de una ad alteram facilis sed longus transitus. In istis Oceani insulis *Geifalci* [Gilsalci c. f. Geifalci, Falconum genus] ex altissimis rupibus, in mare dependentibus, eliciuntur artificiose.

Sed & in Germania inferiore est *terra Marcomanorum*, Oceano à Septentrione, montibus à meridie clausa. Sunt autem omnium habitantium in Germania superiore & inferiore gentes quinquaginta quatuor.

De Pannonia.

Nunc quicquid Danubius à barbarico ad mare Mediterraneum secludit, expediam. Est itaque duplex Pannonia superior & inferior. Superior respicit ab Euro Mæsiam, à Circio ortum fluminis Danubii. Inferior Pannonia Alpes continet & Circio & Alpibus à Lombardia clauditur, vocaturque regio illa *Barbarica* propter barbaras gentes ipsam inhabitantes. Hanc afferunt *Hungariam*, vel *Huniam* dicunt: Unde Hunnorum gens orta est, quam *Macedoniam inferiorem* dicunt, & est in Europa, ex qua fuit Alexander. Huic jungitur *Bulgaria*, in qua est præcipitium Danubii, qui exinde mare ingreditur, inter mare Adriaticum & Alpes Hungariæ, dein Sclavonicæ versus orientem.

Porro inter Alpes Huniæ & Oceanum est *Polonia*, sic dicta in eorum idiomate, quasi Campania, quæ a Vandalo flumine suo terra dicitur, ut ab ipsis indigenis accipi, Vandalorum.

Polo-

(*) nempetrans Albiem fuerant Slavi.

Polonia in uno sui capite contingit *Russiam*, quæ & *Ruthenia*, de qua Lucanus
Solvuntur flavi longa statione Rutheni.

In hac gens Ruthenorum otio torpens, venandi studio & crapularum tædio fastidita & data, vix regionis suæ terminos egreditur. Sed cum peregrinandi quenpiam tangit animus, fervos suos, quorum apud eos est copia, ad id explendum mittit, pro labore itineris completi libertatis illis conferens retributionem. Inde est, quod illi mendicantes aliena subsidia, tam nudi quam miseri incedunt, & ab omnibus Christianis & gentilibus contempti, (***) nullum inveniunt inimicum aut deprædatorem; quasi de illis scriptum sit:

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Porro Ruthenia ad orientem versus Græciam porrigitur, centum ut dicunt diæti in longum extensa, cujus ad mare Norveicæ proxima civitas *Cbyo*. In capite vero, quod est versus Huniam, civitas *Galicja*. Intet poloniam & Russiam sunt duo fluvii, quorum nomina sunt, secundum vulgaris illorum linguæ interpretationem, *Aper* [f. Danaper, id est, borysthenes] & *Armilla*. Poloniam verò respicit quasi ab occasu civitas Russiæ *Lodimiria*.

Inter Græciam & Russiam sunt *Getba*, *Planeti* [plaucti c.] & *Coralli*, paganorum gens ferocissima, carnibus crudis utens pro cibis. Sed & inter poloniam & Livoniam sunt pagani, qui *Iarmenses* dicuntur. Exhinc versus septentrionem est *Livonia*, gens paganorum probissima.

Nunc ad barbaricam redeamus, a qua ad mare nostrum *Mæsia* est, a messium proventu sic dicta; quæ ab oriente habet ostia fluminis Danubii, ab euro Thraciam, a meridie Macedoniam, ab Africo Dalmatiam, ab occasu Istriam, a Circio Pannoniam, a septentrione Danubium. In hac est civitas *Dorostrorum* [Dorostrorum c.]. *Thracia* habet ab oriente propontidis sinum & civitatem Constantinopolim, quæ Byzantium dicta est; a septentrione partem Dalmatiæ [f. Sarmatiæ] & sinum Euxini Ponti; ab occasu & Africa sinum Macedonicum, a meridie ægeum mare. Hæc habet Hebrum fluvium. Dicta est Thracia a Tiras filio Iaphet.

Porro Byzantium Pausanias Rex Spartanorum condidit, & longo post tempore Constantinus adauxit. In Thracia quoque civitas *Gelduba* & *Heraclea*. *Macedonia* habet ab oriente ægeum mare, a borea Thraciam, ab euro Eubæam & Macedonicum sinum, a meridie Achaïam; a favonio montes acroceraunios in angustiis Adriatici sinus, qui montes sunt contra Apuliam & Brundisium; ab occasu Dalmatiam, a Circio Dardaniam, a septentrione Mæsiam Macedoniæ prima pars est *Philippis* civitas, colonia.

Achaia undique propemodum cinctæ est mari; nam ab oriente habet Mirtheum [Nintheum c.] mare, ab euro Creticum, a meridie Ionicum, ab Africo & occasu Cephaliam, & Cassiopam Insulas, a septentrione sinum Corinthium, ab aquilone angustum terræ dorsum, quo Macedoniæ conjungitur, vel potius Atticæ, qui locus Isthmus vocatur, ubi est *Corinthus*, habens in Attica ad boream non longè civitatem *Athenas*.

Dalmatia, a Dalma civitate sic dicta, habet ab oriente Macedoniam, ab aquilone Dardaniam, a septentrione Mæsiam, ab occasu Istriam & sinum Liburnicum & insulas Liburnicas, a meridie sinum Adriaticum. Sane in confinio Dalmatiæ atque Pannoniæ est oppidum *Siridonis*, olim a Gothis eversum, ex quo fuit oriundus beatus Hieronymus, patre Eusebio natus. In Dalmatia est civitas *Salona*. Porro generaliter nonnunquam Græcia, a Græco rege, olim terra Cethim dicta; & est a mediterraneo mari, & versus austrum in mare magnum mittitur, quod & Illyricum nominatur, in quo est *Scythia* civitas.

In Græcia est *Epirus*, a Pirrho Achillis filio sic dicta, in qua est fons, in quo faces accensæ extinguuntur & iterum extinctæ accenduntur; cui simile legimus in Viennensi provincia, civitate Gratianopoli, extra portam Triconiam, ut & Augustinus scribit in libro de civitate Dei. Verum cum ad locum veni, plus auditu celebrique memoria fides inde facta est, quam visu.

In Græcia quoque *Chaonia* est, a civitate ejusdem nominis sic dicta, quam Helenus frater Hectoris ædificavit, & ob amorem fratris sui *Chaonii* Chaoniam nominavit. Hic & *Molofia*, a civitate Molofa dicta, quam Molofus filius Pyrrhi construxit, & nomine suo vocavit. Est & Hellas ab Hellade Rege [Allidia a Lidio rege c.] filio Deucalionis & Pirrhæ dicta. [Ipsa & Attica ab Acti rege dicta.] in hac *Athens*, a Cecrope fugiente plagas Aegypti constructæ. Ab Athenis uno milliario distat *Academia*, villa frequente terræ motu concussa. Hanc philosophi elegerunt, ut timore terræ motus a libidine abstinerent, & interpretatur Academia tristitia populi, quia ibi Neptunus bello superatus navigio fugit. In hac Plato docuit; post cujus obitum schola divisa est in tres partes. Qui illic remanserunt, *Academici* dicti sunt; qui Athenas petierunt, *Stoici* a Stoa portica, in qua studebant. Similiter dicti sunt, qui ad varia loca amore discendi se transferebant. *Peripatetici* dicti sunt, quasi circumcalcantes possessionem veritatis.

Dicuntur quoque Actei Athenienses ab *Acteo* promontorio, ubi Augustus pugnavit contra Antonium & Cleopatram, quod bellum Acticum nominant.

Dddd 3

In

(**) videntur intelli qui postea Zingari sunt dicti

In confinio Atheniensi *Bœotia* est, à bove dicta; quia Cadmus filius Agenoris illuc veniens bovem reperit, quem Diis immolans Thebas construxit, & provinciam Bœotiam nominavit. Provinciam ex hac dicunt Thebam, ex altera vero Thebeiam. Theba Iudæorum Thebite, ut in titulo de chaldæa, Arabia, Syria & Ægypto. Sic alias a Dania Danos à Dacia Dacos nominant.

Eadem provincia dicitur *Aonia*, à monte & fonte Aon, Apollini & Musis consecrato. Ibidem & *Peloponnesus*, à Pelope Rege constructa, & à civitate ejusdem nominis sic dicta. Ibi & *Thessalia*, à Thessalo Rege sic dicta; ibi *Macedonia* à Rege Macedone, & *Inachia* ab Inacho Rege. In hac est mons *Olympus*, qui nubes excedit, cujus ita quietus & purus aer esse probatur, quod si in ejus cacumine literæ scribantur in arena, revolutò anno recentes & immutatae reperiuntur.

In Thessalonia *Thessalonica* civitas, de qua Claudianus: murosque subibat Thessalonica tuos. Ibi *Achaia*, à Rege Achejo sic dicta, in qua est *Patras*, civitas Sancti Andree. In hac, ut dixi, est *Corinthus*, decus Græciæ, à Corintho filio Orestis dicta. Ibi & *Arcadia*, quæ & *Siconia*, *Sinonia* vel *Sicyonia* dicta est à Sinone vel Sicyone Rege. Regnum vero Sicyoniorum ab anno vigesimo quarto Nachoris vel Abrahæ ortum est sub Aegialeo Reges cucurrit autem usque in annum septimum decimum [septimum C.] Heli sacerdotis per annos nongentos septuaginta unum, usque ad Eusippum per Reges viginti sex.

Post hoc judicaverunt Sicyoniam Sacerdotes Carim. In Sicyonia autem regio est *Agiselea*, à Rege Agiseleo dicta, eademque *Areliæ* vel [Zarchas C.] vel *Archadia*, prius *Appia Peloponnesis* dicta. *Archadia* lapidem *asbeston* mittit, qui semel accensus extingui non potest.

Dehinc est *Pannonia superior* usque ad Apperininum montem, qui dividit Pannoniam, Italiam & Aquileiam. Versus Aquilonem est *Istus* ab isto, quem influit Danubius. *Noricus*, qui pars est Illyrici, & *Rhetia*, habent ab oriente Mæsiam, à meridie Istriam, ab Africo Alpes Penninas, ab occasu Galliam Belgicam, à Circio Danubii fontem, & limitem, qui Germaniam à Gallia inter Danubium & Galliam fecerunt; à septentrione Danubium & Germaniam.

Porro à Meotidis Paludibus, à quibus mare Mediterraneum oritur, usque ad hoc mare nostrum hæc sunt insulæ: Prima à septentrione ad occidentem *Abidos* insula, ab Europa supra Hellespontum periculoso & angusto mari separata, quinquaginta passibus, ut fertur, coarctatur; & dicitur *Abidos* Græcè, quod sit introitus Hellesponti, in qua Xerxes fecit pontem, & in Græciam transivit. Exhinc insula *Samus*, quam à Vulturno mare prospectat, diciturque à Sama civitate in Ægeo mari sita, de qua fuit sibylla & Pythagoras. In hac fistilia vasa sunt reperta. Huic coæva insula *Sestos*, à Circio mare Ponticum prospiciens; sicque hæc duæ insulæ duo maria hæc particularia fecerunt. Exhinc *Cyprus* insula, cui ad Euxinum Cahos [Ocos C.] insula, à septentrione insulam Constantinopolim respiciens. Exhinc Constantinopolim respicit *Archadia* insula, cui ab euro ex latere subjacet *insula Pracinensis*, Asiæ minorem prospectans; & *sinus Archadiæ* circum versus Thessalonicam respicit. Exhinc *Propontidos insula*, cui versus austrum subjacet Hellespontus, quam sub vulturno Cyprus insula recurvo sinu prospectat. Et exhinc mare Adriaticum versus Circium *Venetiam* velut insulam claudit, quam à septentrione respiciunt hæc Græciæ civitates *Lignido*, *Aratica*, *Lacedæmon* à Lacedæmone filio Semeles condita, à vulturno *Larissa*; à circio verò Aquileiam prospectat. Sed & à septentrione *Venetia* Slavoniam respicit, & ab Italia modico freto separatur.

VIII. De Italia & ejus partibus.

Italia olim Magna Græcia dicta est; post à saturno saturnia, mox Latium, eo quod illic à Iove pulsus latuit. Deinde Ausonia; tandem ab Italo Rege Siculorum *Italia* nuncupatur. Hæc ab Alpibus surgit, & in mari magno terminum figit.

Italix situs à Circio in eorum tenditur, habens ab Africo Tyrrenum mare, quod & nostrum dicitur; a borea sinum Adriaticum qui Anconam respicit. Ea pars, quæ continentis terræ communis est & contigua, Alpium obicibus obstruitur, quæ Alpes à mari Gallico, quod nunc Mediterraneum, nunc Tyrrenum, nunc nostrum dicitur, super Ligusticum sinum ad faciem Viginti miliensis [Vintimille] civitatis surgentes, primum ab Italiæ provinciam Ebredunensem, exhinc Sabaudiam, Moriennam, & Viennensem provinciam, Lugdunensemque Galliam, Bisuntinam provinciam, & Belgicam Rhetiamque secludunt, donec in sinu Liburnico ad circium desiguntur.

Italia & Hispania dicuntur *Hesperia*, quia Græci Hespero stella in eam navigant. Si ergo Hesperiam solam dicis, significas Italiam; si addis ultimam, notas Hispaniam, quia in Occidentis termino est.

Sane secundum Longobardorum historiam Italia has habet provincias: *Venetiam*, quæ primo incessu *Vicentiam* & *Veronam* montemque *Silicis*, & *Mantuam* ac terminos à Pannoniæ fini.

finibus usque ad Adriaticum mare protelans, sibi jungit *Istriam*; quæ amplior, quam nunc est, fuisse probatur. Habet quoque à Septemtrione Pannoniam. Secundam *Liguriam*, quæ à legendis leguminibus dicitur, eo quod in his ferax sit. In hac *Mediolanum* & *Papia*, usque ad Gallorum fines extensa. Tertiam *Rhetiam Primam*. Quartam *Rhetiam secundam*. Quintam, qua Alpes Cotiæ dicuntur, à Cotio Rege sic dictæ. Hæc à Liguria usque ad mare protensa, ab occiduo Gallorum finibus copulatur. In hac *Terdana* & *Monasterium Bobii*, *Ianna* & *Saona* civitates. Est autem *Rhatia* à *Rhæteo* promontorio ejus sic dicta. Sextam provinciam Italiæ *Tusciam* dicunt, in qua

Roma caput mundi tenet orbis fræna rotundi;

& *Aurelia* & *Umbria*, quæ rursus in se *Perusium* & *Lacum diætorum Spoletumque* habet. Septimam Italiæ provinciam *Campaniam* dicunt, à Roma usque ad *Silerem* [Similem C.] *Lucania* fluvium, in qua *Capua*, *Neapolis* & *Salernum*. Octavam *Lucaniam* dicunt, à filere fluvio inchoantem usque ad fretum siculum; ora Tyrrheni maris, sicut Superiores dextrum Italiæ cornu tenens attingit. In hac *Pastus*, [Pestus C.] *Lanivius* [Lamimus C.] *Cassinum*, *Consentia*, *Regium* posita sunt. Nonam Italiæ provinciam, quæ in Appenninis Alpibus terminatur, quæ Appenninæ alpes Alpibus Cotiis per mediam Italiam pergentibus *Tusciam* ab *Æmilia*, *Umbriamque* à *Flaminea* dividunt. In hac sunt civitates *Foronians*, [Foromanus C.] *Monstobius*, [Mons Belinus C.] *Bobium* & *Verona*. Decima Italiæ Provincia à Liguria incipiens, inter Appenninas Alpes & *Padi* fluente versus *Ravennam* pergit. In hac *Placentia*, *Parma*, *Bononia Corneliique forum*, cujus castrum *Immola* dicitur. Undecimam Provinciam *Flaminiam* dicunt, quæ inter Appenninas Alpes & mare Adriaticum posita, *Ravennam* & quinque alias civitates, quæ dicuntur *Pentapolis*, continet. Duodecimam provinciam *Piscenum* nominant, habentem ab austro Appenninos montes, ex altera parte mare Adriaticum usque ad flumen *Piscariam*: in qua sunt civitates *Firminus*, *Esculus* & *Adria*, Illyrico mari proxima, quæ Adriatico mari nomen dedit. Tertiam decimam *Valeriam* dicunt, cui annectitur *Marfia*, inter *Umbriam* & *Campaniam* & *Picenum* consistens. In hac sunt civitates *Tiburis*, *Carso*, *Reate*, *Furrone*, *Mirrenum*, regioque *Marforum* & eorum lacus, *Fucium* [Facinnus C.] Quartam decimam Italiæ provinciam dicunt *Samnium*, inter *Campaniam* & mare Adriaticum *Apuliamque* à *Piscaria* inchoatam. In hac sunt civitates *Theate*, *Ausidenna* & *Isauria*, antiquitate consumta, & *Samnium*, à quo provincia nomen accepit. Hujus caput *Barium* ditissima *Beneventus*. Quintam decimam dicunt *Apulliam*, associata sibi *Calabria*, juxta quam est regio *Salertina*; à solis ortu mare Adriaticum. Hæc habet civitates *Lucaniam*, *Sipontum*, *Carausiam*, *Agerontiam*, *Acheroniam* in monte sitam, *Accalon*, quam *Diomedes* & *Æolus* condiderunt, *Brundisium* *Tarentum*; in sinistro cornu Italiæ *Idruntum*.

Sexta decima pars Italiæ *Sicilia*, quæ Tyrrheno mari & Ionio abluitur, & ab Italia modico freto separatur. Septimam decimam Italiæ provinciam *Corficam*: Octavam decimam *Sardiniam* dicunt. Illa à rege suo *Corso*, sicut *Sardinia* à *Sarde* *Herculis* filio, nominata. Hæc ab *Historia Longobardorum* decerpfi. Veteres enim historiographi *Liguriam* ad partes *Venetix*, *Æmiliam* verò & *Cisalpinam Galliam* appellarunt. Galli enim, dum Italiam invassent, *Ticinum* & *Mediolanum*, *Pergamum* *Brixiamque* constructes, *Cisalpinam Galliam* dixerunt. *Illyria* verò regio est vicina Italiæ, juxta Adriaticum mare, Illyricusque finis, *Illyria*que portus. Sed & *Illyricum* non nunquam omnis *Græcia* nominatur.

IX. De situ Romæ.

Italiæ caput *Roma* est, ut diximus, civitas à *Romulo* constructa. *Romani* caput imperii; ad formam leonis ob insignem sui dominationem formata. Hæc post excidium *Trojæ* ædificata anno CCCXXIX. [CCCXXXIV. C.] secundum *Sallustium* ab *Ænea* & *Trojanis*, sub incertis sedibus vagantibus; secundum *Virgilium* ab *Evandro*; secundum *Eutropium* à *Romulo*; postquam inter pastores latrocinatus est XVIII. annis [annis XXXVIII. C.] Hanc ampliavit *Tullius Hostilius* adjecto monte *Cælio*? post *Ancus Martius* *Aventinum* & *Ianiculum* adjecit. Post *Servius Tullius* adjecit tres montes, *Quirinalem*, *Viminalem* & *Esculinum*, & fossam circa murum duxit. Ad ultimum *Aurelianus Imperator* ipsam muris firmioribus cinxit, & fecit templum solis. Hujus caput est à ponte *Tiberis* usque ad primitiva *Romuli* mœnia: latera, utrinque ædificia palatiorum constructa; unde & *Lateranus* dicitur, ubi palatium est, olim *Constantini*, nunc *Domini Papæ*. Porro extra primam civitatis portam & munitionem, velut in continenti suburbio est *Basilica sancti Petri*, in qua pro dimidia parte corpora *Apostolorum Petri* & *Pauli* sub altari majori consignata sunt; altera verò pars utriusque sub altari in basilica sancti *Pauli* ad alteram urbis partem recondita perhibetur. Habet ergo *Roma* formam, ut dixi, *Leonis*, sicut *Brundisium* formam *cervi*, *Carthago* *bovis*, *Troja* *equi*.

Sane murus civitatis Romæ trecentas & sexaginta unam turres habet, castella quadraginta novem, propugnacula sexcies [septies C.] nongenta, portas duodecim, sed trans *Tiberim*

